

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto



F NORDISKA TIDSSKRIFTER FOR
La N
N
FLENSBORG

(T i d s k r i f t

for

Philologi og Pædagogik.

Niende Aargang.

9 - 10

Kjøbenhavn.

Otto Schwartz's Forlag.

1870. 1871. - 1872

655892
11. 4. 57

Tidskriftets Redaktion:

C. Berg, *Jean Pio*, *Vilh. Thomsen*, *Ludv. F. A. Wimmer*.
Formand. Sekretær.

Comitee i Lund:

Prof. *A. Th. Lysander*, Adjunkt *Chr. Cavallin*, Adjunkt *E. Lidforss*,
Formand. Sekretær.

Prof. *Wisén*.

Comitee i Christiania:

Prof. *S. Bugge*, Prof. *O. Rygh*, Overlærer *E. Schreiner*.
Formand.

Upsala:

Prof. *Hägström*.

Medarbeidere i denne Aargang.

Aubert, L. C. M., Professor. Christiania.
Bajer, Fredr., Høiskolelærer, Translatør. Kjøbenhavn.
Bang, J. P., Adjunkt, Dr. Rønne.
Berg, C., Rektor. Frederiksborg.
Bugge, Sophus, Professor. Christiania.
Christensen, Rich., Dr. Kjøbenhavn.
Fogh, C., Overlærer. Kjøbenhavn.
Johanssen, J., Adjunkt. Christiania.
Sick, Overlærer. Odense.
Siesbye, O., Cand. philol. Kjøbenhavn.
Smith, C. W., Docent, Dr. Kjøbenhavn.
Wesenberg, A. S., Overlærer, Professor, Dr. Viborg.

I n d h o l d.

	Side
Emendationeulae Livianae. I. II. III. Af <i>A. S. Wesenberg</i> . 1. 81.	275.
Er Latinskolen vor høieste almindelige Dannelsesanstalt? Af <i>C. Fogh</i>	41.
Tillægsbemærkninger af et Redaktionsmedlem til foregaaende Afhandling. Af <i>C. Berg</i>	53.
Et Par Bemærkninger i Anledning af den ifølge «Dagbladets» Nr. 178 nedsatte Skolekommission. Af <i>t.</i>	56.
Til Dalvisan «Kristallen dänn fina». Af <i>F. Bajer</i>	60.
Grammatikalsk Kuriosum. Af <i>J. P. Bang</i>	61.
Fortolkning af et Par Steder i Homers Iliade. Af samme.	62.
Etymologisk forklaring af nogle pronominer i Nordisk. Af <i>Sophus Bugge</i>	111. 273.
Om Moskoviternes eller Storrussernes Nationalitet. Af <i>C. W. Smith</i> . 130.	
Annotationum (exegeticarum, criticarum) in primum Horatii epistolarum librum specimen. Af <i>L. C. M. Aubert</i>	170.
Bidrag til Areopagos's Historie. Af <i>Rich. Christensen</i>	195.
Smaating. Af <i>J. P. Bang</i>	255.
Bidrag til det attiske Søheriedømmes Historie. Af <i>Rich. Christensen</i> . 302.	

Anmeldelser.

<i>O. Fibiger</i> : Et Par Ord om Undervisningen i de gamle Sprog. 1870	} Af <i>J. P. Bang</i> .	
<i>C. Berg</i> : Græsk Læsebog. 2. Afdeling, 2. Udg. 1—2 Hefte. 1868—70		
<i>Otto Fibiger</i> og <i>Jean Pio</i> : Udvalgte Stykker af Cicero, Cæsar, Cornelius, Sallustius, Livius. 1870		

	Side
<i>Th. Sundby</i> : Brunetto Latinos Levnet og Skrifter 1869. Af <i>Sick</i>	258.
<i>J. P. Weisse</i> : Latinsk Grammatik til Skolebrug. Christiania 1871. Af <i>Johanssen</i>	319.

En lille Oplysning. Af <i>O. Siesbye</i>	272.
--	------

Indholdsangivelse af nye Skrifter	343.
Bøger indsendte til Redaktionen	274. 344.

Alphabetisk Fortegnelse

over

behandlede Steder hos Forfatterne.

(Steder, der ere anførte som Exempler i historiske, lexicalske eller grammatiske Undersøgelser, medtages ei.)

	Side		Side
Aeta Apostolorum 17,		Cæsar Bell. Gall. I, 44	292.
17	212.	VI, 31	101.
Audokides I, 77 fgg. . .	226.	VII, 77	111.
Cicero de Oratore I, 222 .	2.	Harpokration s. v. ἐπι-	
Brut. 229	37.	ῥέτους ἐορτάς	211.
pro Cæcina 46 . .	19.	Homer Iliad. XVI, 556 .	62.
pro Murena 34 . .	97.	XVIII, 486 .	62.
pro Ligario 5 . . .	110.	XXI, 331-332 .	63.
ad Famm. XII, 2.	181.	Odys. IX, 11 .	255.
XVI, 2.	293.	X, 10 .	256.
ad Att. IV, 6, 3.	18.	Horatius Od. II, 18, 11-14.	193.
IX, 10, 5.	101.	III, 12, 1-3 . .	61.
XIV, 10, 1.	101.	Epist. I, 2, 34 . .	171.
XVI, 7, 5.	293.	3, 23 . .	173.
de Divin. II, 58 .	39.	3, 30 fgg.	174.
Cato 82	15.	7, 24 . .	184.
de Legg. II, 47 .	11.	9, 11 . .	187.
Cæsar Bell. Civ. I, 46 og 47.	110.	12, 5-6.	188.
III, 26	293.	Livius I-X	1-41.
III, 59	110.		

	Side		Side
Livius I, 2, 4	257.	Livius XXVI, 39, 21 . .	294.
I, 54, 8	273.	XXVII-XXXV.275-302.	
IV, 31, 4	258.	Philochoros (Frgm. hist.	
VIII, 11, 14	108.	Græc. I p. 107)	222.
IX, 23, 6	272.	Plinius Hist. Nat. XI, 16, 41	92.
X, 30, 9	93.	Sallustius Catilina 9 . . .	93.
XXI-XXVI	81-111.	35	89.
XXI, 27, 4	293	Jugurtha 98	98.
XXII, 10, 2	176.	Thukydides VII 57, 4 . .	304.

Emendatiunculae Livianae.

Scr. *A. S. Wesenberg.*

Egregia Madvigii nostri et Ussingii editione ad Liviana mea studia multis ante annis interrupta revocatus magnum illud opus uno totum tenore, ut potui diligentissime, perlegi, adhibitis tamen fere nullis libris praeter praeclaras Madvigii Emendationes et Bekkeri editionem; Drakenborchiana olim per quinque tantum primos libros usus varias scripturas ex ea enotaveram¹⁾. Inter legendum notabam in margine editionis, quidquid mihi corrigendum minusve certum esse videbatur, ne interpunctione quidem neglecta. Has notulas Madvigio meo, cui, si quid in Latinis litteris possum, id paene omne debeo, quam brevissime explicatas misi, si forte ei ad alteram editionem usui esse possent, illud quidem certe declaraturus, quanta cum delectatione quamque studiose Liviana eius pertractassem. Pauci menses sunt, quum O. Siesbye, vir doctissimus, per Madvigium me rogavit, ut sibi liceret annotatiunculas illas in Hauniensibus Philologiae et Paedagogicae Annalibus edere. Hac venia libentissime data quum in publicum iam sint proditurae, benevolentiae eorum, si qui legent, commendatas eas volo²⁾.

Viburgi, m. Maio, 1870.

Praefatio Livii.

§ 5 ego ex cod. arch. (M., P.) scripsi priscā totā illā mente; cfr. annot. ad VI, 6, 15, XXVIII, 2, 15.

§ 6. De verbis: ante conditam condendamve urbem cfr. Cic. Legg. III, § 11: Donum ne capiunto neve danto, neve petenda neve gerenda (i. e., neve petentes neve ge-

¹⁾ Sicubi Weissenbornium laudavi, notitiam eius editionis aliis debeo.

²⁾ [Quidquid de meo addidi, uncis inclusum in inferiore margine posui. O. Siesbye.]

rentes potestatem) neve gesta potestate («hverken under eller efter»).

‡ 9 notandum deinde ut = ut deinde (primo — deinde — tum).

Liber I.

2, 4 malo ne quam nec; multo enim artius ne — essent cum hoc: Latinos — appellavit cohaeret quam cum illo: ut — conciliaret («for at vinde —, vilde Æneas, at de skulde have samme — Navn; derfor kaldte han»).

4, 3 pro profluentem scribendum praefluentem, i. e. praeterfluentem; cfr. I, 45, 6, al. Profluere est porro fluere (e fonte aliquo).

4, 7 datos vix convenit in ad stabula, quod sic esset: apud stabula; sed Faustus et Larentia sine dubio in ipsis stabulis habitabant. Ego igitur cum Gebhardo latos scribo; cfr. de confusione III, 31, 8, II, 50, 7. Etiam II, 2, 4 scribendum puto sermo — latus s. elatus, i. e. dilatus, id quod dandi verbo significari vix potest; cfr. IV, 5, 6.

4, 8. Potuit fortasse Livius dicere: peragrarare circa saltus, ut Cicero de Orat. I, 222¹⁾: peragrat per animos (nisi ibi per librariorum est, e peragrat ortum); sed quoniam M., P. circa non habent, scripsi: peragrarare [circa] saltus; vid. lexx. An potius fuit in cod. arch.: peragrarare omnes circa saltus? cfr. I, 17, 4: multarum circa civitatum, alibi omnes circa populi, montes circa perpetui, ad loca circa visenda, al.²⁾.

7, 9. aliquantum ampliorem. Scribendum h. l. aliquanto a.; III, 15, 2 quanto iuniores — magis; V, 21, 14 aliquanto — maior; X, 35, 2 quanto in sua parte plus; XXV, 11, 9 aliquanto opinione eius celerius; XL, 40, 1 meliore aliquanto militum; XLIV, 7, 6 quanto — longius —, eo maiorem. Tam pauci loci apud me quidem nihil valent contra innumerabiles illos, ubi in codd. ad regulam scriptum est. De -o et -ū millies in omnibus codd. confusis olim (ad Sestianam p. 23—27, alibi) disputavi; quinque ex septem illis locis ante am, iun, in, m, o facillimus error fuit.

¹⁾ In locis Ciceronianis paragraphorum, quae dicuntur, non capitum numeri positi sunt.

²⁾ [Madvigius circa adverbium esse voluit, non praepositionem; cfr. praeter locos a Drak. collectos Gr. Lat. ‡ 210 c not. 2 ed. Germ. tert. O. S.]

8, 3 scr. creato regi — dederint. Dare dativum suum necessario poscit. Confunduntur fere inter se *-e* et *-i*; inde illi loci, ubi codices habent veteri, maiori, ablativo absoluto *-enti*, et contra, ubi pura puta adiectiva sunt, clemente, insequente, al. Scribendum a) X, 2, 14 veteri, IX, 34, 23 inclementiore, X, 43, 11 certiore, XXIV, 12, 8 et XXIX, 26, 4 priore, XXVIII, 17, 15 acriore, XXXVIII, 47, 11 graviore, XLII, 65, 10 maiore; b) I, 54, 6 sequente nuntio, VI, 14, 13 differenteque et — dicente (sc. eo, an excidit eo ante et?), IX, 29, 3 consule — persequente (codd.: *-ti* post belli), XXVII, 26, 11 Consentiente Crispino (codd. *-ti* ante cri-); XXXVI, 32, 9 assentiente omni concilio; c) I, 26, 8 clementi (codd. *-te* ante le-), II, 35, 5 nocenti (an est substantive positum: «en Skyldig»?), II, 48, 5, IV, 25, 8, V, 5, 11, VI, 2, 7 (ante *e*), XXVI, 34, 10 Veienti, III, 31, 2 sequenti, IV, 12, 1 et 47, 8 et 49, 7, VI, 21, 1 et 22, 4 insequenti, IV, 23, 2 discrepanti (ante *e*), V, 33, 3 praepotenti (ante *i*), 47, 10 consentienti (cfr. X, 40, 1), 48, 9 insolenti, VII, 2, 9 vigenti, IX, 30, 7 abhorrenti, XXI, 26, 7 urgenti, XXXII, 21, 27 haerenti (ante *i*), XXXIV, 5, 7 et 12 pertinenti, XXXVI, 34, 5 consonanti, V, 12, 5 et XXVII, 4, 14 (cfr. § 15) Capenati, VIII, 20, 9 Privernati (ante *i*), X, 27, 6 Sentinati (cfr. 30, 4), 39, 5 Atinati, XXII, 18, 8 Larinati (cfr. 24, 1), 14, 4 et 12 Samniti, V, 30, 3 victricis (cfr. XXVIII, 6, 8).

9, 11. Magna pars forte, in quem quaeque inciderat, raptae. Audisse ab eo ante in quem Livius non potest. Excidit ut post *-te*, ut XXI, 42, 3 et 57, 5 post et in eadem cum quisque coniunctione; cfr. XXII, 51, 6. (Deteriores aliquot codd. habent ut.) Longe aliud est, XXVI, 39, 12 ex iniecta audiri sive ei sive in eam.

10, 7. laturus eo spolia. Rectissime olim edebatur, ut est in II. 1, laturus ea spolia. Non qualiacunque spolia posteriori in templum illud laturi erant, sed opima tantum; praecedit opimis spoliis, quae — posteriori ferent; sequitur, cui optime respondeat ea spolia, eius doni.

11, 8 post *-is* (ponderis) excidit in. Ne Livius quidem brachio aliquid habere pro in br. dicere potuit; sequitur etiam in sinistris manibus haberent et in s. m. esset.

17, 8 pro detinerent cum Gronovio scr. retinerent. Detinere nunquam idem fuit ac retinere («beholde»). De fre-

quentissima permutatione cfr. IV, 13, 8, ubi Madv. iure probat defert, XLII, 56, 9, ubi cod. male: reprehendi, al.

19, 6. desuntque dies solido anno. Dicendum certe fuit dies aliquot; sed, quoniam sequitur ut vicesimo anno — congruerent, Livius, quot dies essent, addiderit, necesse est. Ego igitur scripsi: d. * dies s. a., suspicatus excidisse decem vel X et infra quarto vel potius (ut volebat Sabellicus) quarto quoque post vicesimo. Annus lunaris = 355 dies; dies intercalares 16 annorum + 66 dies 8 annorum = 246 dies 24 annorum; $\frac{246}{24} = 10\frac{1}{4}$.

20, 3 scribendum gente cōditoris (cfr. supra ad 8, 3). Alienus sic positum («fremmed for, uvedkoinmende») dativum non admittit; cfr. ad XXIX, 29, 8.

20, 7 non dubito quin Livius, ut solet, de prodigiis scripserit procurarentur (ut Gronovius cum Harl. 2); post ac vel atq. facile excidit abbreviatum pro (*p*).

29, 4 frustra interpretes haec verba: Et soli Fidei sollemne instituit explicare conati sunt. Delendum soli, ut aberrando ad soll-natum. (Eandem in coniecturam iam Ryquius a. 1617 inciderat.)

23, 7 malim sic distingui: res, ex foedere quae repetitae sint quam, ut vulgo, res ex f., q. r. s. Item 26, 1, ubi vulgo sic est: roganti Mettio ex foedere icto, quid imperaret, ego interpunxi: r. M., ex f. i. q. i.

24, 8. tum ille dies, Iuppiter, ferito. Ego cum Madv. (in praef.): tum illo die, I., — ferito; nam alterum ferito vix potest non, ut potes pollesque, secundae esse personae.

25, 13. eo maiore cum gaudio, quo prope m. r. f. Ego (ut L. 2): quod. Quo sine altero comparativo positum Livianum non est; debebat esse quo propius. Excidit, ut saepe, *d* ante *p*. (Contra III, 33, 9 *p* post apud excidit; III, 18, 6 ante populi ex quo factum est quod; XXXIX, 28, 11 codd.: quod plus pro quo plus.)

26, 7. inquit. «Lictor, colliga manus». Ego (ut vulgo ex Latini con.): inquit. «*I*, lictor, colliga manus», sicut § 11 omnibusque locis mihi notis est.

26, 11 Livius sine dubio scripsit arbori (sic vulgo ante Alsch. ex dett. codd.) infelici suspende, ut § 6. Ex arbor-infelici factum est arbore infelici.

27, 5. Hi et in acie prope flumen tenere dex-

trum cornu, i. e., Hi non solum in itinere, sed etiam in acie dextrum cornu tenere, et quidem prope flumen, quae sententia quum per se ipsa subtilior spinosiorque est, tum ex illis: Inter — transierat intelligi haud facile potest. Et aut ex et Fidenas repetitum est aut ex -at (transierat) uatum aut transpositum (ut fuerit Et hi, cfr. II, 2, 9: Et ceteri). Scribendum igitur aut Hi [et] aut † Hi et.

27, 9. id, quod ab rege auditum erat, rati. Primum hoc nimis breviter dictum est pro eo, quod est id — ita esse rati; deinde in uno meliorum codd., L. 1 (de quo vid. Madv. Emm. p. 31), et in L. 2, Voss. 1, 2, Port. m. 1 est irati. Scribendum ita rati, ut iam in Port. m. 2, Haverc., Pal. 2 (corrigendo, opinor) scriptum est. De hoc loquendi genere: hoc (id, quod) ita (= ita esse) reor, puto, credo, al. vid. Madv. ad Cic. Finn. II, 17; adde ad ea, quae ille collegit, Cic. ad Famm. XII, 23, 2, ad Att. XI, 6, 1, XV, 4, 1, ad Q. Fr. II, 7, 3 et 15 A, 3 et 15 B, 3, Tusc. I, 30, Divin. I, 84, Phil. I, 33; Livius ipse I, 55, 6 dicit: idque ita cecinere vates, cfr. XXIV, 4, 2, XXVI, 15, 9, I, 4, 2: seu (sc. id, quod dicebat) ita rata. Ex eratirati — ati quam facile et eratirati et eratirati fieri potuerit, apparet. Obiecit mihi Siesbye, quod Livius ter habet, occasionem ratus (VI, 28, 2, XXI, 11, 8, XXXVII, 13, 2); sed illud quidem alius generis est; in eo enim, ut Latine saepissime fit, auditur obiectum verbi rendi (id, quod praecedat), ut sit = eam occ. esse r. (nos: «anseende det for en gunstig Leilighed»), non, ut nostro loco, id, quod de obiecto praedicatur (ita, i. e., ita esse, ut ab rege auditum erat).

29, 6 pro Egressis urbem ego: E. urbe (item II, 37, 8); cfr. Madv. ad III, 57, 10. De his: quadr. annorum opus, quibus Alba steterat vid. ann. mea ad XXVI, 51, 3.

31, 2. missis — prodigium, in conspectu — cecidere caelo lapides. Ego: prodigium in; missis enim est dat., non abl. (ut advocato concilio 6, 1), = in conspectu missorum; cfr. 25, 12 sustinenti — iugulo. De cec. caelo sine de posito cfr. ad XXII, 1, 9.

32, 3 fortasse (ex dett. al. cdd.) scribendum sustulerunt animos et — reddunt; non mirum, si in cod. arch. post erat scriptum est -erant pro -erunt. III, 1, 2 fuerat auctor de priore consulatu recte est, de secundo cons. (qui tum erat) et agrarii — erexerant, et tribuni — suscipiunt (pro erexerunt) vix item; cfr. tamen, quae dicuntur ad IX, 22, 2.

32, 8. quicumque — obuius fuerit (post illud: quum fines suprascandit). Pravissimum fuerit est, sive fut. ex. ind. sive perf. coni. esse statuas. Scribendum fuit; addita est, ut haud raro, nota syllabae er. (Sic scribere Siesbyeo quoque in mentem venerat.)

33, 6. Id non muro solum, sed etiam — ponte — coniungi placuit. Ex tam speciali verbo, quam est coniungi, alterum aequae speciale (cingi) audiri minime potest, nec vero muro urbi coni. de muro, qui ad Tiberim, non ad urbem ipsam pertinuerit, intelligi. Excidit (quod Dukerus prope fuit ut videret) verbum aliquod, ut cingi vel circumdari vel potissimum sepiri (sep = sed); in textu scripsi: solum *, sed.

34, 4. De his: humiliora sineret ea (= h. s. esse ea) cfr. III, 15, 7: plebem inermem pati, et XXI, 27, 8.

35, 2—6. orationem dicitur habuisse compositam. Quum se — petere — certasse; haec — iussit. Interpretes vulgo post quum audiunt diceret («habuisse compositam, quum diceret»); Madvigius quoque aliter interpungens audit diceret, collato 48, 2: Quum ille ferociter ad haec, se — insultasse dominis, clamor oritur; at ibi ad quum additum est non solum ille, sed etiam ferociter ad haec, unde, quid audiatur, facillime intelligitur (Madv. Gr. § 479 c); hoc vero loco ex quum sic nude, posito intelligi non potest. Excidere post petere facile potuit diceret; ego tamen sic malui scribere: comp.: [Quum] se certasse. Haec cett.; cfr. simillimus locus, IV, 41, 1—7: Tempanii oratio incompta fuisse dicitur — laeta: Quanta — implesse; utroque loco oratio obliqua ex verbo, quod est oratio, pendet; quom sine dubio ex com-repetitum est. (Iam Dukerus non multum auit quin quum deleret.)

40, 2. Tum Anci filii duo etsi — stirpis, tum impensius iis indignitas crescere. Ego sic scripsi: Tum, Anci — stirpis, tamen (sic etiam Harl., Haverc.) imp. i. i. cr., etsi sic quoque distinguere licet: Tum A. f. duo, etsi — st., tamen, ut iis indignitas crescere per anacoluthiam quandam non duram sit = indignabantur. Cfr. XXI, 32, 7: Tum quanquam — erat, tamen — renovarunt. Ex tamen, praesertim ante in- et post tum, facile factum est tum illud plane supervacaneum.

40, 4. De quia cfr. ann. ad XXXIX, 23, 9.

43, 3 scribo machinas in bello † ferrent. Faciendae

scilicet fabris machinae erant; ferre ne potuerunt quidem; quare recte, puto, Lipsius voluit facerent; cfr. Dion. Hal. IV, 17. Aliis quoque locis Livius non timuit idem verbum sic iterare (facerent — facerent); cfr. IX, 16, 17, XXII, 12, 11 et 28, 12, XXXII, 26, 17, XLII, 48, 4 et 56, 1, ann. ad X, 17, 4. De confusis facere et ferre vid. ann. ad XXXIII, 2, 2.

43, 9 scr. cum Gron. sex — centurias e (vel ex) tribus ab R. institutis sub — fecit; cfr. § 1: Ex iis — octoginta confecit centurias, § 8: inde una centuria facta et: ex primoribus — scripsit, sicut § 4. Sine praepositione sententia loci non clare elucet, transformatas a Servio tres Romuleas centurias in sex esse.

43, 11. ibi si variaret, quod raro incidebat, ut secundae classis vocarentur, nec fere — descenderent. Una littera mutata haec foede corrupta sanata erunt; scribendum mecum et cum Sigonio descenderunt («steg man saa langt ned»). Livius hic obiectivam sententiam (ut secundae classis vocarentur) paulo negligentius ex verbis, quae sunt gradus (a Servio) facti, interiecto illo: equites enim — centuriae, tamen suspendit, quasi dixisset institutum est; dicendum fuit ibi si variaret, quod raro incidebat, secundae classis vocabantur; nec; nos: «skulde den anden Klassen kaldes til St.». (Post vocabantur recte, ut in negativa sententia, positum est perfectum descenderunt, non imperfectum.) Cfr. § 2, ubi haec: seniores — ut praesto essent eodem modo explicare licet, etsi etiam sic intelligi potest: iuniorum (prima c. o. appellati), seniores ut («for at»); 20, 7 ut — edoceret ex instituit aut simili aliquo verbo in subiecit latenti pendet; XXIII, 38, 10 ut — faceret ex illo: iussusque — explorare; XXIV, 10, 3—4; 44, 2 Aemilius — haberet (sine ut) ex illo: ex. divisi; 45, 3 id — esset (sine ut) ex illo: aliis — verberandus videri hostis (= alii censebant); XXVII, 35, 2; 36, 14, XLI, 14, 6, XLIII, 11, 2, Madv. Emm. p. 552. Non mirum, si librarius aliquis descenderunt ad vocarentur, ut fit, accommodavit, quasi vero subiectum illius verbi (centuriae s. cl.) huius quoque esset aut iuberi quidquam posset fere nunquam fieri.

45, 4 Livius, opinor, scripsit monumento ei fuere miraculo; aliter scripsisset monumentum eius fuere miraculi. III, 38, 3 minus etiam dubito quin scripserit eam

impedimento dilectui fore. Cfr. tamen *Madv. ad Cic. Finn.* II, 59 et V, 28.

46, 6. *virum nacta muliebri cessaret audacia. Ego post nacta addidi a;* cfr. IV, 27, 5, V, 42, 6, X, 39, 6, XXVIII, 13, 10. XLII, 6, 8 (se nullo usquam cessaturum officio) ante nullo inserui in; cfr. XLV, 24, 7. II, 13, 2 ego cum Heumanno scripsi periculi casus, a quo nihil se — texit; cfr. I, 53, 8, VIII, 6, 7. Tegere aliquem aliqua re nihil significare potest nisi per aliquid a. t., non vero contra aliquid a. t.; cfr. defendere, tueri, tutus.

46, 7. *ut fere fit malum malo aptissimum. Aut scribendum ut fere est (ferest) m. m. a., aut sic interpungendum: ut f. fit, m. m. a., ut malum malo aptissimum sit quodam modo ad similitudo appositum.*

48, 7. *scelus, monumentoque locus est: Sceleratum vicum vocant, quo — egisse fertur. Ego sic interpunxi: scelus (monumentoque — vocant) quo — e. f.; nam quo non ad vicum relatam est (Livius sic dixisset: in quo vel ubi), sed ad scelus (ablat. eiusdem generis, cuius est 10, 7 vocem, qua — nuncupavit, XLV, 24, 14 iudicium, quo n. iudicabimus¹).*

55, 2 ego post *ibi* comma posui, quoniam *ibi* non cum vota, sed cum consecrata inaugurataque solo iungendum est, ut vota sit ad quae appositum.

58, 2. *postquam satis tuta circa sopitique omnes videbantur. Vulgo ex omnes audiunt omnia, quod facere non licet. Si Livius sic scripsit, satis tuta circa videbantur dictum est, ut X, 34, 9 si tuta videantur, XXIX, 2, 10 tuta esse, XXXII, 5, 12 qua minus tuta erant: «der viste sig Tryghed, Sikkerhed rundtom», ut tuta subiectum sit²), sed in eam rationem vix cadit sopiti omnes, ubi sopiti praedicatum est. Malui igitur cum Haverc., *Port. m. 2, ed. Aldi* scribere tuta omnia circa; cfr. XXVII, 42, 12: postquam satis tuta omnia esse exploratum est, XXVIII, 42, 3: per tuta omnia, IV, 24, 4, V, 37, 8: omnia contra circaque hostium plena erant.*

Liber II.

1, 8 scribendumne omnia *regia* iura?

¹) [Cfr. V, 4, 1: consilium, quo — noluerunt, ubi tamen cod. Veron. quod. O. S.]

²) [Cfr. Cic. ad Att. XVI, 4, 4: si exploratiora videbuntur. O. S.]

2, 3 scr., omissis commatis, oblitum tanquam alieni regni (= oblitum tanquam alienum regnum esse).

2, 4; v. ad I, 4, 7.

5, 9 scr. esset, *non* eminente (cfr. Dion. Hal. V, 8, al.).

6, 2 scr. ne se *ex* (sive *ab*) *ipsis* ortum (cfr. 9, 1); de *ipsis* = se *ipsis* cfr. III, 44, 12; V, 36, 10; XXVIII, 9, 7; XXIX, 10, 6; XXXI, 17, 3; XXXII, 8, 11 et 36, 8; XXXIV, 5, 12 et 21, 2; XXXV, 46, 13; XXXVI, 27, 8 et 28, 8; XXXIX, 35; 7, XLI, 6, 10, XLII, 23, 10¹). III, 52, 11 in iisdem significandis est *ipsis* — suo, ut hic ab *ipsis* — oculos suos; III, 54, 2 *ipsorum* — sui; VIII, 19, 12 *ipsorum* — suorum; IV, 35, 11 se — *ipsorum*. De se, ut sit Tarquinius, suos, ut sit Veientium, cfr. IV, 14, 5: sibi (Maenio) — suos (plebis); XXVIII, 34, 8: *ipsorum* (illorum) — suo (Scipionis).

8, 3 scr. in iis.

11, 3 num post agris addendum conveherentur? Zeugma durius.

13, 2; v. ad I, 46, 6.

13, 6 fortasse scr. excitatae: Cloelia (omisso et) aut excitatae *sunt*: Cloelia; cfr. tamen ad IV, 49, 9.

14, 2 scr. prae se fert.

23, 14 scr. cum I. Perizonio Frequentique tamen curia non —, nisi tandem ex priore versu repetitum est.

30, 6 scr. *conveniens*: [sed] et homini. Contraria inter illa: edictum — confirmavit — *conveniens* et haec: et («baade») — *credi* — *dedere* ratio nulla est. Ex-s et et factum est set.

31, 2 scribendumne cum Gronovio *aciem*, quam (H. 1, L. 1) — *ordinibus* firmaverant (ut *aciem* sit aberrantis ad *hostium aciem*)?

33, 9 scribendumne cum paucis codd. *dett. excessisset* (coll. VII, 32, 15)?

33, 10 fortasse cum Iac. Gronovio scribendum *omni* in vita. In cod. arch. fuit *omnium*, i. e. *omni* in, etsi potest *ū* adhaesisse ex sequenti uita. Per se quidem ablativus nihil offensionis habet; cfr. VIII, 12, 1, XXII, 61, 9, XXX, 45, 5 et quae dicuntur ad XXVI, 51, 3.

34, 10 scr. tertio *ante* anno.

36, 6; v. ad VIII, 6, 11.

¹) [Cfr. Madv. ad Cic. Finn. III, 40. O. S.]

37, 4 ser. vellem; cfr. ad XXI, 45, 5. — Ibd. cod. M., opinor, recte multis iam cladibus. Id abundat, de multis iam cladibus cfr. 35, 8: multis saepe bellis, alia sexcenta. Ex iā ante el- facile natum est id.

40, 7 ser. quamvis — † perveneras (perveneris an pervenires?).

41, 6 scribendumne cum codd. quibusdam dett. ducem, quemadmodum in simili loco XXII, 14, 15 Gronovius pro duci scribendum censuit ducem?

42, 10 ira, quod in M. (et H. 1?) est, defendo; id quum ad minas deorum aptissimum est, tum multo clarius quam ita. Librarii etiam sine dubio multo saepius pro ira scribunt ita quam contra.

50, 5 scribendumne spes eo provexit?

51, 2 ser. primum — iterum.

52, 4 scribendumne ea reum (codd. eum v. eam) oppressit?

56, 3 scribendumne sed qui (pro quae), ut respondeant inter se haec: qui — auferret et illa: prima specie minime atroci?

56, 7. Estne anacoluthon, an sic interpungendum: Is, quum Volero — loqueretur insectatione abstinens consulum, ipse dicere exorsus (scil. est), quum («idet») — contenderet. Rudis — animoque? Vix recte sic sive interpungeretur sive intelligeretur Madvigii scriptura: Is — exorsus quum (omisso commate) = quum is — exorsus, a patribus —.

57, 3 scribendumne consules tribunique? — Notabile ibidem quisque pro utrique, an Livius scripsit quique? At cfr. VI, 15, 3.

60, 2 ser. acta praeda. Ea omnis —. Cfr. praeterea ann. ad X, 17, 8.

62, 4 scribendumne vicorum, in quibus frequenter habitabatur, similiterque in addendum VIII, 22, 5: duabus in urbibus populus idem habitabat, et III, 13, 10: quodam in tugurio viveret et IV, 3, 2: qui in una secum urbe — viveretis?

64, 2 ser. Servilius. *Ii* (v. *Iii*) similem annum priori habent (cfr. III, 31, 2).

65, 5 scribendumne refecerant? Cfr. de plusquamperfecto post ut ad III, 26, 4.

Liber III.

1, 2 scribendumne crexerunt? v. ad I, 32, 3.

2, 1 scr. stativa habuit [castra]. Livius, opinor, nusquam castra addit ad stativa, hiberna, aestiva; v. Drakenb.

2, 3 ne ego quidem ausim scribere dederit; cfr. enim 10, 6 intercidit, 13, 2 et 15, 3 fuerat, 29, 4 veniebat, 55, 10 creavit, 71, 6 et 7 agitur, ambigitur, IV, 41, 5 tenuerat (inter viderit et sit tutatus), V, 33, 3 fuerat, 39, 4 refugerant, VIII, 10, 12; 19, 13 fuerant, XXII, 1, 8 tenuerat, XXIII, 23, 5, alia multa.

4, 4 scr. colonos a Romanis abalienavit.

4, 6; v. ad V, 27, 12.

4, 9 scribendumne negotium daretur, *ut* videret (cfr. 15, 3; 44, 5)?

5, 2. Cum his: si qua fortuna daret (scil. ut tentari posset) cfr. V, 27, 2: ubi res dedit, IX, 35, 1: ad tentandas munitiones, si qua posset. An Livius scripsit: si qua fortuna *viam* daret? cfr. X, 28, 1: fortuna — qua datura vires esset, et I, 27, 6: qua fortuna rem daret.

5, 5 scr., omisso commate, consul quum (in castris iungendum cum illis: primo — passus esset).

6, 6 scr. per se *ipsis* sustinendum, ut respondeant inter se hoc: per se ipsis et illud: Romanis fulti viribus.

8, 10 scr. numero est, ut in edd. ante Aldum fuit.

10, 9 scribendumne dispertire iussi, praesertim ante *i*, etsi Cic. Legg. II, 47 est dispertiuntur (sed ante uelut)?

13, 10; v. ad II, 62, 4 (in' codd. aliqui et edd. veteres).

14, 6 incommode defendi potest, ut sit abl. abs. («idet—»).

15, 2 scr. quanto; v. ad I, 7, 9; cfr. 8, 8: quanto longius —, eo solutiore cura.

18, 10 fortasse sic scrib., omisso commate: De captivis (= captivorum) ut quisque — esset, suae fortunae a quoque sumptum supplicium est; offendit enim nonnihil hoc: de captivis — a quoque sumptum supplicium.

19, 6 notandum qui — velit = si quis — velit; an excidit si (17, 7 si qui)? — Ibidem ego sponte: bellum; cfr. 16, 6 de eadem re.

20, 3 scribendumne consulum? Sequitur edicimus itaque (v. etiam nota Dukeri).

20, 6 scribendumne de proferendo *eius* (i. e. rei) exitu (cod. arch. exercitu)? — Ibidem fortasse cum A. Perizonio inaugurare scribendum; ex nullo scriptore, quod sciam, laudatur dep. inanguror¹).

21, 2 scribendum, ut Frobenius a. 1535 edidit, magistratus (i. e. imprimis consulatum) continuari (= eosdem consules cett. refici; cfr. § 3: consulem reficiebant cum § 7: continuato eo) et eosdem tribunos refici²) (cfr. 31, 1: Tr. pl. iidem refecti; 64, 1: ut iidem tribuni reficerentur et — consulibus quoque continuarent magistratum).

24, 5 scr. nec iis temporibus.

26, 4 aequè recte cod. arch.: quod ubi senserant atque XXIII, 27, 3: ubi — senserat; utroque enim loco de longioris temporis observatione agitur. (Quod h. l. est: eum — castris se pavidum tenere = tenebat.)

27, 7 scribendumne *in puncto*? Cfr. tamen Madv. Emm. ad XXIII, 29, 7; sed, temporis ablativo si puncto positum a Livio esset, verti non esset = positum esse (nos: «dreie sig om»), sed, vix apte, = mutari.

28, 1 scr. imperat, ut — iubeant. Aberravit librarius ad sequens imperavit; cfr. 27, 8 et 28, 2: perveniunt cett.

28, 4 scr. Sub hoc iugum dictator Aequos misit, ut semper. IX, 6, 12 ego et olim malui et nunc malo: iugum, sub quod missi; ex quod missi in cod. arch. factum est quo demissi, unde in nonnullis codd. est quod emissi.

31, 2 scribendum, ut olim edebatur, celebrabant; describitur enim status rerum, in quo trepidi nuntii venerint. Si illud: pudore — iacuisset interiectum non esset, Livius sic scripsisset: celebrabant, quum trepidi nuntii — veniunt; nunc iterata descriptione illa verbis: Quum maxime haec agerentur, sequitur: trepidi nuntii veniunt³).

33, 5 scribendumne simul ut —, simul *quia* peritos?

37, 3 scribendumne, ut est in H. I, veniat (status pristinus, quo consules duo continentur)?

37, 8 sic interpungendum: abstinebatur: virgis caedi; alii securi subiici (hoc: virgis caedi explicatur illud: ne

¹) [Nonne recte Drakenborchius: iungenda sunt: fama exierat, locum inaugurari? O. S.]

²) [Sic cod. Veron. O. S.]

³) [Cod. Veron. celebrabant, ut L. I. O. S.]

t. q. abst.; tum subiicitur: a. s. s.; prava igitur esset correctio: virgis caedi alii, alii securi subiici).

38, 2 Livius mihi videtur scripsisse, ut iam Lamb. Bos et I. Perizonius voluerunt, populis, imperium qui ibi —. Ut omittam paulo duriolem sententiarum per que copulatarum mutationem subiecti, cuius exempla non desunt, causa, ob quam Romani a finitimis populis contemni coepti erant, multo aptius cum effectu relativa sententia quam copulativa annectitur. Non mirum, si quis librarius ob imperium ante qui positum (scilicet quia imperium et libertas inter se respondent) ex qui fecit que.

38, 3 scr., omisso commate, populati quum. — Ibd. de his: eam — fore v. ad I, 45, 4.

38, 12 sic interp.: detrectarent, referunt (cfr. 43, 6; 50, 1).

39, 5 sic scripsi: Quae si in rege tum † eodem aut in filio regis ferenda non fuerint, quem laturum in tot privatis? Si Madvigii coniectura eadem vera est, certe eadem post quem ponendum est; cfr. de eadem re 44, 1. Potuit Livius scribere: Quae si in rege tum uno aut —, quem eadem laturum in tot privatis, ut inter se responderent quae et eadem, rege uno aut filio regis et tot privatis. In L. 1 est laturiam, in deterioribus laturi sint, unde quis facere poterat laturum iam; sed rectius erat nunc, ut responderent inter se tum et nunc. Eadem ex sq. versu anticipatum et ad rege accommodatum potuit expellere uno. An eadem (eodem) est glossema ad illa: quem — privatis, in margine ascriptum?

41, 8 malim scribere: in Fabio minus † in bono quam: in Fabio minus [in bono]. Si illud: Hunc enim — mallet esse totum abesset, scribi poterat: in Fabio minus in foro constans quam navum in militia; sed in illis verbis nihil per se ipsum offendit nisi iteratum pronomen demonstrativum (hunc — huic).

45, 11 fortasse scr. si *ipse* huius (H. 1, edd. vett.).

48, 1 si necesse fuit scribere alienato — animo, cur Madv. XXV, 39, 4 alienatos sensibus retinuit, ac non scripsit alienatis?

50, 12 scr. simul iis.

53, 3 scr., omisso commate, consilio ea, = ex composito — consilio, non abl. abs.

55, 8 scribendumne e cod. arch. Hae iuris lege interpretes? Hae verborum collocatio apud Livium haud multo magis mira est quam quae est VI, 13, 4: in singulorum morando caede, VI, 25, 11: ita omnia constanti tranquilla pace, VI, 6, 14: quaeque belli alia tempora poscent, ubi ego olim, ut nunc Madv. cum Reizio, malebam: q. a. b. t. p.; scilicet interposita iuris, morando, constanti, belli re vera eandem rationem habent quam IX, 7, 3 animi in his: molem irarum ex alto animi cientis, innumerabilia alia ad eandem formam, de qua vid. Madv.

55, 12 scr. iis temporibus.

56, 5 apud Ciceronem scriberem: habebat ac tamen (cod. arch. attamen); Livianum, opinor, non est.

57, 9 excidit in cod. arch. Volscique inter Aequi et evenere; v. Sigon.

60, 7 scribendumne nuntios passim trepidos?

61, 12 ego olim ex subficiendo feci subiciendo; praefero nunc multo Madv. scr. subigendo.

64, 10 si qui estne = si quo modo (si qua ratione) an abl. mensurae cum minus iungendus (si quo — minus, ut IV, 1, 5 si quo intentius possit)? — Ibid. scr. tum, ut ii, quos — cooptassint, legitimi — tr. pl. sint ut illi. Ex hoc ut illi ortum illud, aberrante oculo ab cooptassint ad sint¹⁾.

65, 10 scr. biennium; v. ad XXVI, 51, 3.

67, 1 scr. hoc posteris memoria traditum iri. Dici potest tradere aliquid memoriae, ut V, 21, 16, et tradere aliquid alicuius memoriae et t. posteris memoriam eius pugnae, ut VIII, 10, 8; tradere aliquid alicui memoriae vix item.

68, 4 scr., ut Rhenanus iam vidit, re [fortuna] domum auctior; in arch. sine dubio fuit ex interpretatione fortunare, unde M., P., Rh., alii re fortuna, II. 1, L. 1 fortuna re, alii dett. fortuna.

68, 7 scr. sine dubio sequetur²⁾. — Ibid. scr. Grave erat in Aequos — proficisci; *nunc* ante portas est bellum

¹⁾ [Verba, quae sunt ut illi, priore loco delenda Mommsenius quoque censet, ut quae a fuisse a cod. Veronensi spalli rationes demonstrant.

O. S.]

²⁾ [Sic cod. Veron. O. S.]

(ut § 6 quum — redibatis; nunc — sinitis; nunc facile excidit inter -ci et an-; iam minus placet).

72, 2 scripsi † iudicis esse. Malim ex Drak. coni. iudicib., i. e. iudiciibus, quod propius abest a iudicis quam iudici («en Dommer», quod per se ipsum offensionis nihil habet); *b* et *s* haud raro sic confunduntur.

72, 7. ita fuisse, si ad iudices alios itum foret. Recte fuisse, non futurum fuisse; recta enim oratione diceretur: ita fuit, si — foret, i. e. ita fuit, et, si — foret, ita iudicassent; cfr. 50, 6 (ubi auditur: nec se eam interfecturum fuisse), XXX, 10, 21, ubi in orat. recta fuisset: haud procul exitio fuit Romana classis (et perisset), ni cessatum foret, XXXIV, 31, 16, ubi fecisse multo aptius est, quam facturum fuisse esset; re enim vera illa iam fecerat; Madv. Opp. II p. 128—129. Notissimum illum locum, qui est Cic. Cat. 82, huic quaestioni subtraxit Siesbye inter nisi et animo addendo quia. — Ibid. scrib. quietum *et* ab urbanis motibus et ab externis; cfr. IV, 7, 12, VII, 1, 7, al.

Liber IV.

2, 3 scribendumne id [et] singulis universisque semper honori fuisse (cfr. VI, 20, 9: orasse singulos universosque; et post id addi potuit), an excidit alterum divisionis membrum post fuisse? Et — que sic positum vix Livianum est; v. Madv. ad Cic. Finn. V, 64.

3, 2; v. ad II, 62, 4.

3, 7 notandum: praeciditur spes plebeio quoque — apiscendi summi honoris = p. s. p., se quoque s. h. apisci posse.

8, 4 scr. cum Alschefskio ad senatum (= apud s.; cfr. 11, 7 ad populum, alia; arch. ab).

9, 3 scr. quae fuerunt erantque † pluribus populis magis exitio quam bella externa —. Emendatio incerta; nam et magis deleri potest et pro pluribus plurimis scribi et magisque pro magis; an pluribus hic idem est, quod compluribus? XXXVIII, 55, 9 pleonasmus nullus est; post fuisse enim facillime auditur quam contra (i. e., auri quam argenti maius pondus fuisse, at librarius, qui Livii exemplar scripserat, Valerium fecerat dicentem: Scipio sex millibus pondo auri, quadringentis octoginta argenti plus accepit), et ad sequens potius ex similius veri licet assumere simile veri. De

ceteris autem locis, qui quidem certi sint¹⁾, si a comicis disces-
seris, notandum est, primum omnibus sic positum esse potius
aut prius, nullo, ut nostro, magis (cfr. Madv. ad XXII, 34, 11,
ubi is egregie ex magisuere fecit mature), deinde nullo
iunctim (potius malo, m. p.) collocatos duo illos comparativos,
sed inter se distractos. De IX, 7, 6 v. ad eum locum. (Vale-
rium Max., Columellam, alios equidem non curo.)

9, 6 scribendumne Postulato?

12, 7 resisti ferre posse mihi videtur; cfr. 43, 11.

13, 8 defert ego olim, ut nunc Madv. mavult; cfr. 13, 9;

14, 3²⁾.

13, 10 fuit, quum ego suspicarer, Livium sic scripsisse: au-
dita, quum undique — increparent —, vindicem, tum
cett. (conf. 14, 4, al.); omisso cum ante un- addi potuit et.

14, 4 scr. tum pro tunc.

17, 7 scribendumne, ut in edd. vett. est, Fidenas, a bello,
credo — appellatus?

17, 8 scribendumne laetitia ex fuis (Lov. 4)?

20, 3 nonne donum fixit (cfr. § 4; V, 25, 10)?

20, III. Perizonius fortasse recte: consulem inscripserit.

21, 6 fuit, quum ego sic vellem: non modo non p. c.
quisquam — exiret — esset, sed ultro; nunc non
modo (= non dicam) etiam cum proprio suo verbo tolero apud
Livium, coll. (XXIV, 40, 12,) XXV, 26, 10, XXXII, 20, 7; cfr.
etiam V, 38, 9 et XXII, 28, 5, ubi quidquam non, ut debet et
solet, ante se negationem suam habet, sed ex sequenti demum
ne — quidem eam (non) recipit, usitatusque Livius scripsit-
set nihil.

21, 9 scr. cui quidam Prisco, alii Structo —. (Cod.
arch. cuique Prisco; dam exidit ante p.)

22, 2 scribendumne cum duobus codd. dett. subiit?

23, 6. bellumque tanto maiore quam proximo
conatu apparatus est, i. e., quam proximus conatus fue-
rat. Livius sine dubio simplicius scripsit, aut proxime (cfr.

¹⁾ Hos locos notavi: Cic. de Orat. II, 300, pro Quinct. 9, Div. in Caec. 21,
pro Cacl. 19, pro Balb. 19, in Pison. 15 et 33 (ubi potius omittitur in
duobus optimis codd., T. et V.), pro Ligar. 5 (ubi item meliores codd.
potius omittunt), Famm. XV, 5, 2, ad Att. XIV, 13 A, 3, N. D. II, 36,
Corn. Con. 5, Liv. praef. 13, XXXVIII, 56, 10.

²⁾ [defert cod. Veron. O. S.]

26, 5: maiore conatu quam alias) aut proximum aut proximo anno (cfr. XXII, 36, 5: maiore conatu atque impetu quam prioribus annis, et XXXV, 21, 5), — scil. bellum apparatus erat.

27, 8 scribendumne ipse *cum* parte copiarum?

29, 3 et 6 Livius, ut nonnullis aliis locis (I, 31, 4, II, 43, 1, VIII, 11, 16, XXI, 11, 10, XXII, 30, 10, XXXIV, 45, 6, XXXVI, 35, 13, XXXIX, 54, 6, XLIII, 4, 7) quoque pro etiam (ad totam aliquam sententiam adiungendam) posuit. — Eodem modo Cicero scripsit pro Rose. Am. 126, Tusc. IV, 31 et 32 et 80, de Fato 34. Epp. ad Q. F. I, 3, 8 ego (Emm. p. 37) scripsi adiuncto Q. Arrio, et sic nunc Baiterus, ex cuius coni. ego vicissim nunc Fam. IX, 17, 1: quod scire *ego* quoque (non solum Balbus, de quo supra est: ex quo — scire posses) videor. Ovidius recentioresque alii scriptores hunc usum frequentant; notavi Ov. Met. I, 101, XIII, 146, Trist. III, 5, 17.

31, 4 miror Madvigium non cum Gronovio delevisse non in illis: religio obstaret, ne non posset nisi ab consule dici dictator; nam neque religio, ut Alschevskius opinatus est, idem est quod metus, neque hoc: ne non posset — dictator cum illo: augures — exemere iungi potest; non sive ex ne ortum sive interpolatum est.

31, 5 ad defendendum hoc: nihil — effecit, quo minus confero Cic. Cat. 80: nihil — efficerent, quo diutius —, ad Fam. III, 7 extr., I, 4, 2, de Finn. III, 38 (Madv. ad Finn.) II, 79).

31, 9 notandum: locantur — et — dispositi (sc. sunt) et iustitium in foro (sc. fuit) tabernaeque clausae (sc. sunt) fiuntque —.

32, 8; v. ad XXXII, 30, 5.

33, 2 scribere insolita vetant V, 6, 2 serae spei exitum, XL, 36, 13 spe propinqua missionis, I, 1, 4 maiora rerum initia, alia, etsi haec, quam vocant, hypallage, potest fieri, ut aliquot locis librario codicis arch. debeatur.

37, 9 fort. scr. iteratus [incerto clamore]. Incerto clamore fortasse ex X, 36, 3 petitum et h. l. ad impar in margine adscriptum.

40, 3 dixitne Livius, ut Sil. Ital. IV, 808, compotes absolute pro sui compotes; an excidit sui post gaudio, an corpore atque animo ex compotes pendet?

43, 7 scr. res a coss. ad interregnum — rediit; v.

loci a Drak. collecti. VII, 17, 10 Madv. ipse perfectum restituendum censuit, VIII, 23, 17 e P. m. 2, L. 1 recepit.

45, 4 scribendumne, ut viro docto ad marginem ed. Curionis placuit, tumultus a Lavicis oreretur?

49, 9 num, omisso et, scribendum vertit quum? Cfr. tamen de et explicativo § 12 et 53, 13 et II, 13, 6.

49, 11 scr. ni quieverint (arch. si; cfr. 2, 14, ubi idem mendum fuit).

51, 8 Madvigii coni.: urbs ipsa agerque probo; ipse agerque ortum est ex ipsagerque; 61, 6 Artena dicitur oppidum, § 9 et II urbs. Cfr. V, 25, 8: in aestimationem urbs agerque venit.

52, 3 non probanda fuit violenta Gronovii coni.: a foro certaminibusque publicis domum ad curam corporum nutriendorum avertit; ad domum («til Huset», non «hjem») postulat contrarium a foro, ut inter se respondent certaminibus publicis et curam corporum nutriendorum.

52, 8 notandum: omnia — domi discordia, foris bellum exortum pro bellum, exorta; sed Livius amat praedicati ad appositum accommodationem; alioquin ante *m* licebat scribere exorta.

54, 2 scribendumne tum primum?

55, 5 fuit quum ante impediendo adderem ab, quod gerundivum mihi praepositionem poscere videretur; sed cfr. IX, 34, 2 et XXIX, 33, 8, ubi absistere eodem modo praepositione caret. Verba omnino gerundii ablativum non respuere, documento etiam est Cic. Finn. V, 57 gerendis negotiis orbat¹⁾; sed Epp. ad Att. IV, 6, 3, si incipiendo refugii sanum est, incipiendo est = iam incipiens, quum iam inciperem; cfr. in Cat. II, 8, Fam. XII, 12, 4 et 13, 3, Tusc. III, 82, N. D. II, 52, Madv. Gr. L. § 416 n. 1 et Emm. Liv. p. 439; quoniam vero ne incepisse quidem scribere illa Cicero videtur, scribendum sine dubio est ab incipiendo refugii; vid. Emm. Tusc. III p. 25 (p. 366 ed. Tar.).

58, 4 scr. restari nuntiabatur; restare nuntiabantu esset de tribunis, non, ut debet, de militibus obsessis²⁾.

¹⁾ [Cfr. Cic. in Cat. II, 9: assuefactus frigore et fame ac siti et vigiliis perferendis, Finn. I, 56: gaudere omittendis doloribus, cfr. Lael. 65, Liv. XXIV, 18, 7: equestri ordine regendo se tenere, XLI, 15, 8: noscendis rebus imbui. O. S.]

²⁾ [C d. Ver. re uri. O. S.]

58, 7 scr. *facessero* *propere ex urbe* (ut VI, 17, 8).

58, 9. Dixitne Livius et ubi (quum, ut, simul ac) primum et ubi primo? XXXI, 37, 7 aut cum Madv. prima scribendum puto (cfr. *ibid.* 45, 12), aut primum, ut hic quoque. III, 14, 4 primo videtur esse, ut voluit Weissenb., statim initio, sicut est II, 41, 4, Cic. Verr. I, 26, Cluent. 76, II in Catil. 13, locis a Siesbyeo suppeditatis. (Cic. pro Caec. 46 ego cum Lanbino primum scripsi, et quidem ante in, lenissima correctione.)

59, 4 scribendumne quae nunc Tarracina est?

60, 7 scr. Quos † quum — vidit, repente. (Ego olim coni.: Quos postquam — vidit, vel: quos quum primum — vidit.)

61, 5 Dixitne Livius hic (ante s) et VI, 31, 5 Ecetram, IV, 59, 3 vero Ecetras?

Liber V.

1, 5 abduxit pro abduxisset (oratione recta: diremit, quum — «idet, derved at» — abduxit) si verum est, Livius quasi de suo addidit: quum abduxit.

1, 6 excelleret quo genere coniunctivi dictum est? iterativone, ut § 7 referretur? At imperfectum, quod in dedita (= quae dedita erat) inest, non est iterativum, sed durantis temporis praeteriti. In L. I est excellet (ex excelleo? ut in optt. cdd. est Cic. in Pison. 94, Off. I, 64, Tusc. II, 30); an librarius cod. arch. ante ARTE ex excelleBAT fecit excelleRET?

2, 5 scribendumne cum v. d. ad marg. ed. Curionis aut domos, ut ac ortum esse putetur aberratione ad sequens ac?

3, 6 scr. quaerunt, † qui et semper; Livius sine dubio scripsit quaerunt, Quirites: semper; ex quirite-semper facile fieri poterat quietsemper. Asyndeton aptius est quam et (quaerunt, Quirites, et) explicativum; Quirites (quir) saepissime in codd. depravatur, ut § 2, ubi P. qui in, L. I quis, Kl. cur, Voss. I a quin; vid. infra ad 6, 15 et ad X, 8, 10.

5, 5 scr. ingentis utramque rem operis, i. e. «begge (Dele værende) en Ting, et Værk (= 7, 3 opus) af —»; dicitur: Utraque (non utrumque) erat res ingentis operis, quo-

modo: Haec est patria mea. Cfr. I, 23, 1: parentes natosque, Troianam utramque prolem¹⁾.

5, 11 scr. Videtis. Videte rectum fuisset in § 1, ubi est ne illa quidem — movent? = illa videte; cfr. 52, 8; 53, 3; nostro vero loco breviter repetit Livius tria illa, quae iam ex § 3—10 Quirites viderant et videbant.

6, 1 scr. non solum — frui, sed etiam, si res lentior sit, pati taedium —. Si etiam aperte falsum est. De verbis, quae sunt serae spei exitum, v. ad IV, 33, 2.

6, 4 scr., addito commate, ut, tanquam (= t. si) — gerant, non —.

6, 15 scripsi assuestis † qui. Hoc quoque loco sine dubio cum Gulielmo scribendum assuestis, Quirites, audire; in arch. fuit qui pro quir; cfr. 18, 3, ubi Kl. que, Voss. I \bar{q} (ut 6, 15 Kl. \bar{q}), L. 1 quer, L. 2 queri, Lov. 1 quae, H. 1 omittit notam. Post palam et adeo non opus est modum audiendi significare, praesertim qui insit in sq. sinitis.

8, 13 quoniam durissimum est ex illis: ut quosque — occupaverant intelligere subiectum ad huic atque illi, opinor Livium scripsisse: h. a. illi multi, ut. — Ibid. scr. occupaverat (mell. codd. -unt ob adsunt).

10, 9 omittendum cum Madv. nunc, quod male supervacaneum est post iam et ante ad ultimum.

11, 2 malim tum tribunos; tum, i. e. eo tempore, quod tum erat (nos «nu»), respondens superiori quondam. H. 1 paucique codd. dett. cum v. tum, cett. tamen.

11, 14. habuissent, quum — viderint = oratione recta habuistis, quum vidistis; sed quoniam or. r. etiam quum videretis dici potuit, vide, ne scribendum sit viderent (ut in L. 2 est; H. 1 viderunt).

12, 4 scr. resque militiae ita p. gerebantur (sic recte H. 1); militiae gen. poss., ut 6, 1 disciplina militiae, = militares res 12, 7 de eadem re. — Ibidem scr. cum Coetierio firmabantur; impf. necessarium in describendis rebus ita gestis, ut nullo bello veniretur ad exitum spei, de statu militarium rerum (§ 7) etiam tum durante; sequuntur recte perfecta inventi — coeptum de factis.

12, 5 scr. et a Cn. Cornelio; iteratio praepositionis ne-

¹⁾ [Utramque, quod olim edebatur, cod. Veron. O. S.]

cessaria in sententiis duabus abbreviatis, atque ita Madv. in similibus locis XXIII, 34, 8 et XXXII, 39, 2 edidit.

13, 12 ego malim palantibus (ex palantib. factum est palantis, vid. Madv. praef. ad V. IV P. 1 pag. VI et ann. mea ad XXXVII, 41, 2, ex eo palantes) sorte *quadam* oblatis (cfr. etiam I, 4, 4, V, 49, 1, VI, 21, 2, al.; V, 15, 4 recte fati oblati sine quibusdam).

13, 13 notandum dum («idet, derved at») — exclusere pro: dum — excludunt; an -sere fluxit ex absumpsere (§ 12)?

14, 2 Livius sine dubio scripsit exciebat, et XXXII, 13, 6 exciebat.

15, 1 post haruspices non erant excidit non procurata vel neglecta.

18, 3 scr. Omen — utilis, a memoria — petere.

21, 9 nonne veris sunt? coniunctivus non necessarius.

21, 10 scr. cum codd. dett. Cuniculus — in aedem — armatos repente edidit. Cuniculus non ipse erat in aede.

21, 14; v. ad I, 7, 9.

21, 15 scribendumne si cui deorum hominumve, ut iam Drak. visum est? cfr. 27, 12.

22, 3 scr. egestae Veis (a ex ae); egerere, ut alia verba cum ex composita, a Livio ponitur sine praepositione (ex).

22, 6 datus in his: Fabulae adiectum est significat Livium ne illud quidem, annuisse deam, pro vero credidisse; sin credit, scribendum fuit fabulā; cfr. I, 11, 8, V, 21, 8.

23, 2 scr. tot annos; cfr. 4, 11 et 22, 8 et quae ad XXVI, 51, 3 dicentur.

23, 3 nonne matronarum?

24, 8 scripsi: ceterum † partem plebi (sic M., P., L. 1, i. e. arch., non plebis), partem senatus destinabant habitandos Veios. Scribendum aut cum Weiss.: ceterum partem plebis (s. plebi s. pl.), partem senatus destinabant *ad* (at, i. e. ad, facillime excidit post-āt) habitandos Veios aut, ut ego malim, cum Drak. ex Rhenani coni.: ceterum partim plebi, partim senatui destinabant hab. Veios (cfr. 22, 4: quibus deportanda Romam Regina Iuno assignata erat); nec mirum, si librarius cod. arch. ex partim pl. partim senatu (i. e. senatui) illud fecit, quod in textu scripsi.

Ibid. scribendumne ex arch. communes, i. e., ita ut communes rei publicae essent?

25, 6 scribendumne cum codd. dett. quibusdam contineantur? Cfr. § 8: *urbs agerque venit*.

25, 8 *scr. habitis, ex communi decreto (L. 1, alii e; om. M., P., H. 1, cett. et; saepissime pro ex scribitur et)*. — Ibidem *scr. aurum, et omnia*; nam sic Livium scribere potuisse, in ann. ad XXI, 25, 9 ostendetur.

25, 9 olim conieci unquam, *senatui*; sed ad hoc: *Grata ea res intelligi potest senatui fuit, communi vocabulo senatui cum secundaria sententia iuncto*.

26, 10 *fuisset* quonam conjunctivo dictum est? Vix obliquo, ut pendens ex illo: *Videbatur futurus (esse)*; nam videbatur hoc quidem loco simpliciter est «det syntes, lod til», non «man meente». An Livius scripsit ac *Veis* fuit, ut *fuisset* factum sit sive aberrando sive accommodando ad *dedisset*? — Ibidem scripsi *ni fortuna † imperatori — dedisset*. In *Madv.* scriptura, ut iam Gronovius exposuit, specimen non, ut debebat, potest de occasione speciminis edendi accipi, neque generositas Camilli iam tum cognita rebus eius bellicis erat. Vide, ne Livius sic scripserit: *ni fortuna (i. e. fortuita Falisci magistri proditio) imperatoris Romani simul et incognitae rebus bellicis virtutis specimen ei maturam victoriam dedisset; specimen imperatoris Romani est specimen ab imp. R. editum, etsi retineri etiam potest imperatori Romano, si deletur et, ut ortum ex -en (specimen); fortuna simul et — specimen usitatus quam simul et — et —*.

27, 2 *scrib. cum Gronovio: intermisso, tum modo — a porta lusu sermonibusque variatis, longius solito, ubi res dedit, progressus intra stationes (inter non convenit in castra)*. Tum, i. e. eo belli tempore, quod 26, 9 commemorari coeptum erat, scil. obsidionis; illud vero: nihil eo more per belli tempus intermisso de eo belli tempore dictum est, quod obsidionem antecesserat. Nam quod Hertzium dum uncis inclusit, unde ortum dicimus? an ex modo natum fingi potest?

27, 12. Vide, ne librarius cod. arch. h. l. ad paulo superius ad senatum aberrando ad senatum scripserit pro legitimo in sen., nisi forte ad senatum, i. e. apud sen., cum locuti iungendum est. III, 4, 6, ubi est *introduceti a coss. ad senatum*, potest aberratum ad sq. ad interrogata esse.

29, 2 *fuitne post quintum decimum annum?* Cfr. ad IX, 37, 11.

34, 5 scripsi quod † eius ex populis, B., A., † Senones, Ae., A., C., A. Si enim in Senones latet Santones aliusve cuius populi nomen, certe cum Gron. scribendum est quod VII ex populis; ego olim dubia coni.: quod mediis (i. e. mediterraneis) ex populis, ut post quod exciderit med.

34, 8 scribendumne, omisso commate, locum patientibus Salyis, communirent? ut haec sit sententia: Salyes initio Graecos in terram egredi locumque eum occupare passi erant, deinde, quum occupatum locum tenere munireque vellet, oppugnabant, donec Galli — adiuvere, ut communirent. Ex silvis licebat facere Saluib., i. e. Saluibus.

36, 11 scribendumne, ut paene voluit Dukerus, Quo facto — incensi? (cfr. § 5: accensis animis; 37, 4: flagrantes ira; Cic. Famm. I, 9, 9, ut h. l., sine ira, incensus.)

37, 7; v. ad XXXII, 30, 5.

38, 8 scribendumne refugit? (Cfr. 39, 4.) Defugere, opinor, semper est vitare, non de edito loco (cfr. § 2, 3, 4) fugere; et editum illum locum subsidiarii occupaverant, hoc autem loco non de eorum fuga agitur, sed de reliquae aciei.

39, 13 scr. iis corporibus.

40, 1 defendo commendantes urbis — victricis, quaecunque reliqua esset fortuna; cfr. (praeter locum iam a Weiss. laudatum, qui est XXI, 29, 6,) XXI, 32, 5: eo, qui circa Padum erat exercitus et XL, 21, 6, ubi ego non dubito quin Livius sic fuerit distincturus: eius, qui proponeretur casus, et —.

40, 10 defendo sacerdotes publicos, i. e. flamines et Vestales; cfr. § 7 et 39, 11 et 52, 13—14, VII, 20, 4; et de Vestalibus solis universe cogitari dicique ab Albinio potuit: «at offentlige Præster —».

41, 9 scr. unus ex iis.

44, 5 scr. Argumento est (cfr. 54, 5, alia multa).

46, 9 ego olim, ut nunc Madv. ad XXIV, 46, 1, custodia; hostibus neglectum Livius dicere potuit (cfr. ad VIII, 16, 3), neglectum hostium custodiae non potuit.

47, 5 scr. defertur (ex L. 1, H. 1, dett.), cfr. II, 23, 11: dicere — postulare — curiamque — circumsistunt; II, 44, 5, alia apud Drak.; recte de effectu (tota acie in praeceps delata) repetitae durantisque proturbationis praesens historicum positum est.

48, 3. Livius dicit — que — et (τέ — καί), nunquam,

opinor, (ut Vergilius ter) — que — atque (ac). (Frenndius quidem landat XXVI, 10, 4 summoverique —, ubi que est «og».)¹⁾ Quare nostro loco sic distinguendum est: quorum intolerantissima gens humorique ac frigori assueta quum, ut que sit explicativum («og»), potius quam ut scribatur aut gens, humorique et f. ass., quum aut gens, humori ac f. ass., quum (= ut quae — assueta sit).

49, 4 notandum providit inter septem praesentia hist.; corrigere tamen non ausim; saepissime enim Livius perf. et praesens iungit (ut IX, 24, 13).

52, 9 scribendumne praetermissum sit?

53, 3 et 4 scribendum videtur tunc migrandum et tunc causa, ut respondeant inter se nunc et tunc, ut scribitur tunc faciendum.

53, 8 scr. Si — posset —, est satius (cfr. 51, 4: si — essent, tamen — affuit).

53, 9 scr. Capitolio atque arce incolumi; cfr. 39, 9 et 12; 40, 1; 50, 4, VI, 20, 9, al.; nusquam, opinor, asyndeton in his verbis; aberratio quidem facillima.

54, 3 primum vide, ne sic distinguendum sit: Equidem (fatebor — iuvat) quum abessem —; cfr. 51, 4: Equidem, si — essent, tamen — affuit Romanis, ut putem. Deinde ad Madvigii coni. [meae], cum qua conf. 51, 2: Et nunc — tacerem libenter, nisi haec quoque pro patria dimicatio esset, addere mihi liceat hanc meam: etsi minus (i. e. parum)²⁾ iniuriae vestrae, meae calamitatis meminisse iuvat. Quod meae in H. 1, L. 1 transpositum est, per se ipsum meae suspectum non facit; quam saepe enim talia in aliis codd. alio loco ponuntur! Librarium eius cod., ex quo H. 1, L. 1 derivati sunt, offendisse etiam potest chiasmus ille: iniuriae vestrae, meae calamitatis. Post minus additum ab antiquo aliquo librario, qui minus minus intelligeret, esse quam, saltem aequae veri simile est, ac meae ab eo, qui calamitatis (sc. vestrae) non caperet; cfr. 53, 5, ubi perverse additum est pron. rel. quam. Iniuriae vestrae, i. e. quod aberam; meae calamitatis, quod macerabar desiderio collium — et caeli, sub quo natus essem.

¹⁾ [Cfr. Madv. ad XXVI, 24, 6. O. S.]

²⁾ Cfr. Ter. Eun. IV, 5, 11: quod intellexi minus cum Plaut. Rud. IV, 4, 59: si parum intellexi.

54, 5 probo Madvigii conl.: regionem Italiae mediam. Ad incrementum urbis natum unice locum, argumento est —; sed quoniam natum est adi. (= natura aptum), non participium, addendum sine dubio est esse post unice.

54, 6 vide ne Livius sic scripserit: quae ratio est haec (i. e. huius loci victorias ceteramque fortunam) expertos alia experiri. Hec (ec) facile excidit inter est et exp-, i. e. ecsp-; expertis latos, quod habuit cd., unde P., Kl., Rott., Helmst., Voss. 1, videtur mihi ortum ex varia scriptura: al. (i. e. alii) tos sive superscripta sive in margine adscripta ad expertis; cfr. de alii Madv. Ep. ad Orellium p. 47 et Opusc. I p. 344.

Liber VI.

1, 2 scribendumne quod etiam, si quae? Similiter XXVII, 17, 6 scribendum videtur.

1, 4 sic interp.: innixa, M. Furio principe, stetit; cfr. de principe V, 30, 4, VI, 11, 3.

4, 7 scrib., omisso puncto, Rufus exercitum (an: Rufus. *Ii* exercitum?).

5, 5 scripsi et † eodem exhaustam. Scribendum aut cum Ascensio et eandem exhaustam — aut et exhaustam, deleto eodē, ut orto ex sq. eoque; durissime enim eodem referretur, ut fecit Rhenanus, ad gerundium aedificandi, ut esset idem quod aedificando etiam; melius sic esset eadem, i. e. aedificandi cura; adverbium autem eodem, ex eo («derfor») derivatum, quam inauditum est tum ante eoque offendit; causa, cur plebs exhausta fuerit impensis, per se ipsa intelligitur ex hoc: propter aedificandi curam, quod usitatissima verborum collocatione post prius membrum interpositum est.

6, 14 de bis: quaeque belli alia tempora poscent cfr. ann. mea ad III, 55, 8; add. IX, 22, 3: id bellum tantum et Praef. § 5, ubi ego quoque defendo prisca totā illā mente; ut nostro loco in belli plus ponderis est quam in alia, sic illo in tota plus quam in illa; sententia verborum tam perspicua est, ut nemo aut tota cum prisca et illa cum mente aut tota illa vel cum prisca vel cum mente iningere possit¹⁾.

6, 18 scr. laudemque * conferentes potius in medium quam ex communi ad se trahentes. Respondent inter se in medium et ad se; quid communi respondet

¹⁾ [Cod. Veron. quaeque alia belli tempora. O. S.]

Nimirum suam v. propriam, quod excidit sive post laudem-que sive post medium.

10, 1 scr. non eo solum; in apertissime est aberrantis ad in ea.

10, 8 scr. ex iis.

11, 3 Madvigio scribenti [esse] obici potest, sic solum male supervacaneum esse, iunctum cum illo: tantum iam eminere; an solus eminet dicitur ut unus (omnium) maximus, alia?

12, 6 cum Gronovio scribere convenit ne ego quidem ausim; cfr. enim praeter simillimum locum a Weissenbornio laudatum, Tac. Hist. III, 75 (quod inter omnes constiterit), hi: Cic. ad Att. VII, 2, 3 (de quo vid. Emm. meae p. 41 locique ibi collati), Fam. XIII, 29, 7 et, quos mihi Siesbye suppeditavit, de Orat. I, 40, Fam. III, 1, 1, Ter. Eun. III, 1, 55, Hor. Ep. 2, 28, Sat. I, 6, 44 et 9, 25, Liv. IX, 32, 11, XXX, 15, 3, Curt. VIII, 10, 35 et 42, 9. Scilicet est potentialis ille coniunctivus, de quo Madvigijs G. L. § 350 exposuit, in relativis etiam sententijs positus («hvad alle Forfatterere turde være enige om»); etsi nostro loco post certe cautissimus ille dicendi modus mihi quoque valde mirus videtur.

12, 10 scr. tene; at ubi. Secunda persona coniunctivi de certa persona sic Livius non utitur; cfr. VIII, 32, 8, ubi similiter ex responde at in arch. factum est respondeat; III, 48, 4 siuas pendet ex quaeso, ut XXII, 30, 5 iubeas; X, 18, 13 abeas non imperativo, sed permissivo coni. dictum est («ja, Du maa gjerne gaae bort»); XXVI, 50, 7 auditur ut post paciscor. Cfr., quae dicentur ad XXII, 53, 10.

13, 7 scr. nec hominum *solum* de plebe. Captivi Latini atque Hernici non **omnes** principes iuventutis erant, sed **quidam**; si nec esset = nec solum, certe dicendum fuit sed etiam principes; cfr. 21, 8.

14, 4. Gallis non potest esse dativo casu dictum, cuius usus non tam longe patet, ut captus alicui pro captus ab aliquo dici potuerit; cfr. ad VIII, 16, 3; quare aut excidit *a* (quod in dett. aliquot codd. additum est) post *m*, aut Gallis victoribus est abl. absol.

14, 9 scripsi † commotioris ad omnia turbanda consilii. Commotus adiective positum, = acer, vehemens, «op-rørt, hæftig», vix recte cum ad construitur. Scribendum cum

Aldo commodioris vel potius accommodatioris; ac inter *a* et *c* quum excidisset, omissum est etiam *da*¹⁾.

14, 13; v. ad I, 8, 3.

15, 7 quoniam nec se vix potest esse = ne se quidem (quem quosve alios?) nec licet putare, per anacoluthiam quandam post hoc: nec se fefellisse sequi illud: iam omissio bello — fieri (§ 8), vide, ne scribendum sit non se fefellisse ait, nec.

15, 10 cum egregia correctione Madvigii: Sortem reliquam ferte cfr. 35, 4, ubi id, quod superesset idem est, quod h. l. sortem reliquam; ex sortēreliquam factum sorteliquam, tum sorte aliquam.

16, 7 fuit quum putarem aut scribendum esse datum *esset* et aut in eandem sententiam interpungendum datum, et (audito *esset*, ut haud raro est post ut, ubi, al.); nunc acquiesco in vulgata ratione, ut ex verbis: mercedem — interpretarentur ad illa: et — datum intelligatur esse dicerent.

17, 8 in quo («hvori, i hvilken Henseende») ab sociis magis congruit cum de captivis («med Hensyn til Fangerne»), quam ab quo in sociis.

22, 1 tribunis defendi posse videtur; hoc enim non addito audiendum fuit (prave) collegis.

23, 5 scribendumne cum paucis codd. deterioribus: qui adveniēns castra urbesque primo impetu capere solitus sit? Rapere, ut sit raptim capere, vix Livianum est. Arma rapere (Verg., Ovid., = raptim capere), bellum r. (Lucan., = raptim suscipere), nuptiae raptae (Liv. XXX, 14, 2, = raptim factae, «ligesom snappede») non vindicant castra urbesque rapere a correctione; ne hoc quidem: repente impetu facto transitum rapuit (Frontin. Str. I, 4, 8) sufficit ad illud defendendum. Raptim, celeriter iam inest in illis: adveniēns — primo impetu.

24, 7 in his: dux, praeterquam quod tot insignis triumphis, etiam aetate venerabilis fortasse audiri potest erat ex venerabilis = qui v. erat; v. XXIX, 18, 13: praeterquam quod toto corpore laceratus, naso quoque auribusque decisis; tum XXIII, 49, 12, ubi similiter ex belli avida (= quae b. a. erat) auditur belli avida fuit ad haec: ut quae maxime omnium; cfr. etiam ann. ad X, 17, 8.

¹⁾ [15, 5 nollem irrepsisset errore quod pro quos. O. S.]

27, 3 scripsi aggravantibus summam † etiam invidiae eius. Egregia Madv. coni. invidiosius; an Livius scripsit et invidiam eius, ut ae, sicut alibi, ex *ā* ortum sit aut accommodando ad eius, IAM ex INV aut aberrando ad invidIAM?

27, 9 quae utraque Livianum est pro quorum utrumque; alioquin scribendum fuit quae utraque res simul.

31, 4 ser. cum Madv. tributum imperaret; post -um omisso im, ex peraret, paret factum daret, *p* et *d* confusis.

35, 2 scribendumne possint?

38, 3 scribendumne cum cod. Haun. ad duo ultima auxilia, summum imperium summumque civem?

38, 7 scribendumne cedent, quemadmodum paulo infra est tendent?

40, 7 notandum quibus regnant, i. e., «de have regjeret i 9 Aar (novem annos) og regjere endnu i dem (i Lobet af dem, inden deres Grændse)»; cfr. iam nonum annum regnat i. e., «han har regjeret i 8 Aar (annos) og regjerer endnu i det 9de (nono)».

40, 17 scribendumne Si hodie bella essent — et — peteret, possetisne? etsi cfr. § 6, ubi si — sim pro si — essem, sed sequente non possem, sed possim.

41, 3 ser. si quidem nos — poteritis —, istos — necesse erit. Ex necesserit facile ortum necesse sit.

41, 4 ser. de religionibus atque auspiciis *neglectis* (v. simile quid), quae propria deorum immortalium contemptio — est. Religiones et auspicia non ipsa propria deorum contemptio est; pro hoc: quorum contemptio est propria deorum vix dici potest: quae propria deorum contemptio est.

Liber VII.

2, 2 ser. tertium tum.

5, 2 ser. sed, quanquam. Quidem poscit set pro et.

5, 9 nam et antea, sicut nunc (= ut nunc, sic et antea) defendi potest.

6, 12 scribendumne His vocibus curia et forum personant? cfr. § 10: fremunt omnibus locis.

9, 7 scribendumne cum Gron. decerni?

14, 5 scr. Iamque haud procul iusto proelio res erat; pluralis in hoc loquendi genere inusitatus.

19, 1 scr. ex iis.

25, 7 scr. intendere; ex orto ex-et, omissum est in.

26, 8 scr. cum Gron. perceperat.

30, 11 ego malim sic scribere: qui † eam implorantibus aliis auxilium dum supra vires suas praestant omnes, ipsi —. Ea in scriptura Madv. esset Romanorum, non, ut debebat, Campanorum, misericordiam et auxilium; neque supra vires suas convenit in misericordiam, sed in auxilium solum. Eam fortasse ex -i im- ortum est; vide, ne Livius sic scribere potuerit: qui implorantibus aliis auxilium dum supra vires suas praestant omnes, ipsi —; omnes, cum maiore vi retractum post praestant, ut alibi nullus, alia; recte additum omnes esse, ostendunt sequentia de duobus Campanorum proeliis cladibusque; vel unum proelium pro Sidicinis facere supra vires eorum fuit¹⁾.

30, 23 haec: ut aut de vestris futuris sociis — aut nusquam ullis futuris nobis consulite Graecorum more dicta sunt = de vobis, ut (de) aut vestris — futuris consulite, ut alibi tam in novo populo = in t. n. p., alia; cfr. Madv. Emm. p. 64.

32, 14 ne quis ex plebei faciat plebeiis, cfr. 39, 10: quem patrum aut plebis.

36, 2 fortasse aptius evaserant *in* media castra quam ev. m. c. («slupne udover, igjennem»).

37, 2 scribendumne cum edd. vett. obsidionalem?

37, 4 quia (Madv. praef.) posceret statuerat. Melius quo (Madv. Emm.) esset; quid enim prohiberet quo cum fugatus iungere (= quo in fuga profectus)? At defendi potest: qua, fugatus a M. Valerio, Samnitium exercitus —; qua certamine ultimo durum esset, non item interposito omni robore i. d. accito, quo ostenditur pugnam illam ultimum certamen esse debuisse; certamine ultimo fere = «for sidste Gang».

¹⁾ Nunc, si Livius mihi edendus esset, in margine quidem certe scriberem: qui implorantibus aliis auxilium dum supra vires suas praestant, *ante* omnes ipsi, addito ante ex egregia Buetneri coni., mihi ante ignota. Aptissime ante omnes ad superius: omnibus — maxime (= ante omnes) respondet, sicut ipsi ad aliis. 1870.

37, 11 scribendumne interim *et* Romano (sicut Samnitibus)?

39, 6 ego malim ex Puteani coni. nervos exsectos (antique exectos) quam ex Gebhardi electos, quod verbum apte de herbis, stirpibus, sim. dicitur («udluge»); de nervis aptissimum est exsecare (ἐξεκύνειν).

40, 1 fortasse cum Gron. scribendum ubi ventum et. Cfr. ann. ad X, 17, 8.

41, 4 defendo ubi («naar»); cfr. 39, 14, VIII, 34, 9, XXV, 38, 4, alia non pauca.

Liber VIII.

6, 11 scribendumne in somno? cfr. Att. apud Cic. de Divin. I, 44; Liv. ipse supra: in quiete — visa, II, 36, 4 in somnis, II, 36, 6 somno, ubi fortasse in excidit post -ies; somnio v. in somnio visus non memini dictum.

6, 15 scr. collegaeque *in* iisdem praesidiis — permixti; in non addito, compares collegaeque iisdem praesidiis (dativ.) falso esset quarta pars inter se permixtorum.

7, 15 dubito nonnihil de quandoque pro quandoquidem (ut est VIII, 33, 7, alibi) posito; Cic. Verr. III, 187, pro Caec. 54 quandoque, si verum est, sic positum est antiquo formularum sermone, ut Liv. IX, 10, 9. Nostro loco -idem facile excidit ante inq.

7, 21 scr. tam libero —, ut; tum male abundat post repente.

8, 10 notandum haud secus quam = h. s. q. si, ut tamquam = t. si.

8, 11 scr. increbruit; cfr. VII, 12, 7.

9, 10 Livius vix scripsit caelo missus, sed aut de (e) caelo missus (V, 8, 10 de caelo demissos) aut caelo demissus, ut V, 54, 7; cfr. I, 16, 6: caelo delapsus. Cfr. ann. ad XXII, 1, 9.

10, 4 vide ne Livius scripserit mortem occumbentis («erindrende, hvorledes Consulen faldt»; cfr. memini consulem mortem occumbere); de participio breviter sic posito cfr. loci a Siesbyeo mecum communicati: III, 43, 6 abeuntium = qui abissent, Cic. Finn. V, 3 venientis et requirentis, pro Deiot. 20 intuentium atque admirantium. Occubare morte poëtis relinquendum esse videtur.

10, 13 notandum: Vulcano arma sive cui alii divo

vovere volet pro eo, quod est sive V. a. sive —, ut dicitur — an — = utrum — an —¹⁾.

11, 6 excidit ad persequendum hortari bellum vel simile aliquid post eorum.

11, 13 notandum Latium Capuaque agro multati.

12, 8. Ne quis post proeliis quidem esset addat sed ante ad urbem ipsam, cfr. de ommissa in secundaria sententia coniunctione hi loci a Siesbye collecti: II, 59, 3 (ut —, tamen = sed tamen), IV, 50, 8 (quum —, iidem = et iidem), V, 39, 4 (quum —, nemo = neque quisquam), IX, 3, 9 (ut —, tantum), 43, 11 (ut —, utique), XXIV, 1, 7—8 (quum et — et —, pauci), XXXIII, 29, 8 (quum —, tantum). Post quidem in primaria sententia omissum esse sed II, 19, 9, III, 2, 10, VIII, 16, 7, aliis multis locis, multo minus mirum est.

12, 12 defendi agro fortasse potest; ager enim et agro duo sunt: alterum nostrum «Jord», alterum «District».

13, 6 defendo maiore mole, quanquam aequae pro-spero eventu; caput sententiae enim in mole est (maiore mole quam Maenius, qui improvise hostes adortus fudit), non in eventu; facilius et celerius Maenii victoria fuit.

14, 8 scr. populo [est] et civitas data; cfr. § 2—12 de participio vicies sic sine esse posito. Cod. P.: est civitas sine et.

16, 3. De dativo patribus (Madv. G. L. § 250 a) cfr. I, 31, 4 Romanis susceptum, V, 38, 6 proximis auditus (cfr. VIII, 6, 4), VIII, 20, 2 neglecta patribus, IX, 31, 16 hosti quaesita, 36, 1 nulli adita (cfr. XXI, 43, 4, XXVIII, 12, 12), X, 11, 8 magna pars curae patribus versa est, 11, 12 Lucano populo satis erratum, 13, 13 expertum mihi, XXI, 34, 9 nox Hannibali acta, 38, 8 obsaepta gentibus, 39, 1 genti motum bellum, XXIII, 43, 6 inquirenti comperta, XXIV, 6, 8 imperium quaeri populo, i. e., populum sibi quaerere, XXIX, 23, 6 initae regi societatis (cfr. XXXIV, 48, 4), XXXIV, 13, 8 imperium nobis amissum est, 32, 1 societas nobis — facta est, XXXVII, 26, 2 tentata sibi, XLII, 12, 5 captatam Philippo, i. e., quam Philippus sibi captaverat, 15, 8 institutus regi sermo,

¹⁾ [Cfr. Hor. Sat. II, 5, 10, Od. I, 3, 16 et 6, 19 et 32, 6; nam III, 4. init. paulo alius generis est. O. S.]

21, 1 statutum patribus erat, 34, 12 mihi stipendia emerita essent.

18, 12 scripsi † fecisse. Madv., ut ego olim, conī. quievisse; nunc malim fecisse *deos*; deos om. ante dict-.

19, 3 notandum: non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia — erant; recte volebant, non vellent, si Samnites re vera pacem volebant; cfr. Madv. G. L. § 357 b. XLIV, 25, 1 recte est: non tam quia — erant (erant enim re vera inimicitiae), VII, 30, 13 recte: nec — quia dolent (Samnites non solum gaudebant, oblatam sibi esse causam, sed etiam dolebant Campanorum pro Samnitibus pugnam; nec quia — — sed quia = non tam quia — quam quia; alioquin scribendum erat doleant). Recte etiam Cic. ad Fam. VI, 22, 1: non ea res, quod — miserat (miserat Domitius nullas litteras); recte Terent. Ad. III, 3, 39: non quia ades (aderat re vera Demea). Sed Liv. XXI, 40, 6 suspicor scribendum esse audeant; quibus enim in certamine is animus erit, qui victis esse solet, ii non audent, i. e., iis animi nihil aut certe parum est; sequitur etiam pugnam detrectavere, i. e., pugnare non sunt ausi. XXXIII, 27, 6 sine dubio ex credeRET factum est credeBAT; X, 41, 12 ego scripsi: non quia plus animi victis † est, Livius aut sit aut esset; XL, 33, 2 Livius scripsit non quia ipsi cunctati essent, non sunt. De Cic. pro Planc. 78 aliisque quibusdam locis v. Emm. Tusc. II p. 22 (p. 312 ed. Tur.). Poëtae Horatio relinquendus est indicativus in Sat. II, 2, 90: non quia nasus illis nullus erat.

21, 6 cur Madv. responsum probat? Duo Privernatis responsa erant; v. § 2 et 4; sq. vocem est «Rost», non «Yttring».

21, 8 notandum ad (= apud) principes — dicendo; cfr. 18, 4, al.

22, 4 scribendumne in praeteriti iudicii gratiam, AM ex IV orto? — Ibidem scripsi † tribunatuque. Si tribunatumque ferri non potest (posse autem videtur, ut tribunatum, quod priori honoris respondet, recte cum vi maiore a petentibus ad initium sententiae retractum sit et absens proxime ad petentibus, i. e., qui praesentes petebant, positum), vide, ne Livius scripserit ad tribunatumque; ad (at) facile excidit post -it. Dicitur praeferre aliquem alicui sapientia (abl. respect., Madv. G. L. § 253), al.; praeferre alqm. alicui tribunatu dici vix potest.

22, 5; v. ad II, 62, 4.

23, 1 scribendumne ex M. recepta Palaepolim? Cfr. ad XLV, 11, 2.

23, 5 scribendumne Fundanum Formianumque a se sollicitatos? que in sollicitatos magis convenit quam ve.

23, 10 ex uno M. m. 1 equidem non ausim uncis includere aptissima illa verba: ituros esse respondissent, post duxissent facillime a librario omissa.

24, 4 scripsi coloniam † Consentiam, probans Madv. coni., etsi de Consentia ex Lucanis conferri fortasse potest § 14—15.

24, 11 scribendumne Acheron (-ros ex vocaris orto)?

25, 1 scr. quintum.

30, 6. Quoniam Livius nusquam, opinor, agmen pro acie dicit (v. Gron. ad XXI, 57, 12; II, 49, 3 instructo agmine sc. ad proficiscendum, non ad pugnam, «i Marcheopstilling»), vide, ne quo casu ex aciem (aciē) h. l. factum sit agmē (cfr. § 4: acie conflictit).

31, 2 notandum malle — apud Samnites quam Romanum victoriam esse, non iterato apud, ut IV, 58, 4, IX, 1, 11, X, 26, 13, XXVII, 43, 7, III, 19, 4, ubi tamen et comparativus post quam positus est, non, ut ceteris locis, ante quam, et duo gerundiva singulare aliquid habent. De XXXII, 23, 9 v. ad IX, 7, 6.

32, 11 Livius fortasse scripsit Fabius — ad triarios tumultum *ultima* in contione miscentes sese recepit; post tumultū omissio ult, ex ima factum iam. In Fabri coni. Madvigio probata contionem parum rectum est ante totam contionem, quod recte opponitur ultimae contioni (= § 13 extrema contio et circa Fabium globus); scribi etiam potest, ut Heusinger voluit, ultima iam in contione miscentes, ult. post ultu, ima ante iam omissio.

33, 17 recte, opinor, omnia sunt: per quidem populus, penes quem potestas omnium rerum fuerit, opponitur Cincinnato dictatori et Camillo tr. mil. cs. pot.; ne — quidem pertinet ad totam sententiam: iram nunquam atrociorē fuisse in eos, qui exercitus amisissent (nedum in eos, qui, ut Fabius, vicissent) = iram nunquam atrociorē ne in eos quidem fuisse.

34, 9 scr. licentia soluta (Madv.; in arch. fuit solauase ubi, VTA et AVA confusis, inde in Par., Kl. aberrando ab u ad u scriptum est sola ubi, in M. post la omissum ua).

— Ibid. scribendumne signa, neque («hverken») conveniatur ad edictum nec discernatur — pugnent [et] non signa, non ordines servant (et ex -ent orto)?

39, 10 num scribendum *in* omnibus conciliis?

Liber IX.

1, 9 scr. sint, quorum saevitiam non bona — exsatient placarique nequeant, i. e., quique v. iique placari nequeant. Codd. dett. vel que vel quae habent; ceterum que ante neque vel coniectura addere licebat; iusto durius est asyndeton; cfr. Madv. G. L. § 326 a et b et ann. mea ad X, 26, 6.

2, 4 Livius sine dubio scripsit iam is rumor et ante de industria vulgatus, i. e., non a militibus decem solum, sed etiam ante; interpolandi et causa nulla excogitari potest, nec, unde nasci potuerit, facile intelligitur.

3, 3 scribendumne montes moliri *a* sede sua? an Livius moliri sine *a* dixit, ut V, 22, 6 movere sede sua?

3, 6—8 notanda negligentia Liviana: Is ubi — Quae ubi — Quae ubi.

3, 10 notandum priore — optimum.

4, 2 notandum impetrarent pro impetrassent, ut § 4 decederetur et § 6 nuntiaretur, alia.

4, 5 scr. iis condicionibus.

4, 10 vide ne hoc: vel in medios me immittere hostes sit antiquioris alicuius codicis sive interpretatio marginalis verborum, quae sunt me vel devovere pro populo Romano legionibusque, sive interpolatio ob vel male intellectum; dici potuit: et me devovere — in mediosque immittere hostes; vel — vel parum aptum; vel («endog») devovere pro — legionibus rectum post simplex illud mortem (mori pro patria).

6, 12; cfr. ad III, 28, 11.

6, 13 si bellicosius ferri non potest (= fortius), malim periculosius quam gloriosius (*p* et *b* confusis).

7, 6 ne quis magis supervacaneum putet, ita verba intelligenda sunt: tristior (quam prima illa fama, obsessos eos esse) ignominiosae pacis magis quam periculi nuntius fuit, i. e., nuntius eius, quod potius ignominiosa pax quam periculum erat. Eadem brevitate Livius VII, 33, 15 scripsit victoriam magis quam proelium («hvad der mere var en Seir end et Slag»), XXXII, 23, 9 ad rabiem magis quam au-

daciam («til Noget, der snarere kunde kaldes —»), recte non geminata praepositione; cfr. II, 47, 6 et 53, 2 et XXXIX, 28, 4: quaedam castella magis quam urbes et XXVIII, 26, 2: defectio magis quam seditio («et Oprør eller rettene sagt Frafald») et XXXVI, 11, 2; XXI, 57, 12 magis praepositum est; III, 47, 4 et V, 25, 5 et XXIX, 36, 5 pro eo verius positum. Durius illud, sed ab eadem ratione profectum, quod IV, 46, 5 legitur: in ruina maiore quam fuga, i. e., ut recte exposuit Weissenb., quum magis alii super alios ruerent quam fugerent; cfr. IV, 32, 10: meliore occasione quam pugna; IX, 19, 5: impedimentum maius quam auxilium; XXXI, 39, 13, ubi maiore cum sonitu quam vulnere ullo est magno cum sonitu magis quam cum ullo vulnere; XXXVI, 15, 12. Aliquot horum locorum Siesbye mihi suppeditavit.

8, 11 incessit omnes retineo; vid. Gron.; cfr. § 13 omnes de iisdem.

9, 18 interp. sumus, rei; cfr. 11, 10: sponsione commissa.

12, 2 comma post mutasse, non post et («baade») ponendum; pugnatos appositum est pronominis se, non praedicatum: «for, efter at have ladet baade — ubenyttet, at kæmpe»; et — et respondet illi: vel inimicos tollere vel amicos facere.

12, 7 egregie Madv.: multitudo certamen; si vero hoc: et quia — multitudo, ut et potest et debet, cum aliquamdiu aequam iungitur, tamen ferri posse videtur.

13, 4 inutilis mihi videtur Madv. coni. inhibere; castris suis fugam impedire est in castris manendo fugam impedire («indvikle, vanskeliggjøre»).

13, 7 sic interp.: contempto — genere ipsi montani — depopulabantur, i. e., contemnentes — genus, (quum ipsi — agrestes (essent). Cfr. Madv. praef. p. XV ad IX, 29, 8.

16, 19 scr. destinabant, quemadmodum est: nemo unus vir erat; praesens hist. rationem nullam h. l. habet; de destinabant animis cfr. XXXIII, 28, 5.

17, 15 scr. ex iis, quos.

22, 2 Ussingii coniect. posuerant probo; cfr. tamen (praeter ea, quae ad I, 32, 3 dicta sunt) 32, 11: quia et — fuerat — et — fuit; 46, 10—12: dixerat — habuerunt et: qui — inquinaverat et — corripit et: posteaquam — habuit nec — adeptus erat (ortumne ex petierat pro

est?); X, 31, 1—2: erat; nam et — fuerat, et — descendere (i. e. descenderunt; sed vide, ne ex descenderant, omisso -ant ante adversus, factum sit descendere); X, 35, 2: et quia — erant et quia — senserunt; IX, 25, 2; X, 19, 14: fuerunt; nam et — ierat — capessebant — fuit (pro fuerat); X, 29, 8—9: variaverat — extraxerat — iussit; alia.

22, 7 scr. exanimem ex equo praecipitavit (ex om. post *ē*).

27, 8 ego sponte olim, ut Madv., Consules — consistent, quemadmodum in edd. vett. esse videtur.

28, 8 scr. est, et triumviros; an delendum set, ut ortum ex est? adversativa particula non necessaria est.

29, 3 scr. consule — persequente; v. ad I, 8, 3.

33, 3 praefero Strothii coni. fatalis lis; ad fato videtur addendum fuisse quodam.

34, 6 scribendumne postremum populus inssisset (cfr. § 7: hanc postremam insserat pop.) scivit (sequente: Immo vero omnes sciverunt)?

35, 5 itane interpungendum: turbarent (neque — gererent), stantes?

36, 2. De omisso fuisse in his: eum Fabium Caesonem alii — tradunt cfr. X, 41, 6: Octavium Maecium quidam eum tradunt; XLIV, 14, 1 (paulo aliter)¹.

37, 3 scribendumne cum Ascensio hostibus? In arch. fuit hostiū; *b* et *u* nonnunquam confunduntur. Similiter fortasse scr. X, 40, 12.

37, 7 scribendumne consederant? Cfr. Drak. ad II, 29, 6, obss. meae in Cic. Sest. p. 63 ad § 44.

37, 11 offendit ordo verborum: metuque in magno. Scripsitne Livius metuque magno, ut in ex sq. *m* ortum sit, aut magnoque in metu, ut aberratum sit a Magno ad Metu? 43, 15 sine dubio scripsit aut perrumpit aciem atque per mediam aut perr. aciem per mediamque aut perr. per mediamque aciem, XXVI, 46, 2 aut in alia parte aut parte alia, ut in ortum sit ex et in murum. De V, 29, 2 v. supra; XXII, 11, 1 de ex que ortum aut

¹) [Similiter infinitivum apud hoc verbum Cicero omisit Brut. 50, N. D. I, 60, Off. I, 113, Suetonius Caes. 52, Aug. 80, Vesp. 21; apud accipere omisus est Cle. Verr. IV, 39, de Fato 10, Cat. 13, Lael. 7, Off. I, 109. O. S.]

ex de bello repetitum; XXXI, 24, 5 fuitne ante paucos dies aut paucos ante dies? (XXVIII, 11, 2, XXXII, 38, 7, XLI, 23, 13 recte nunc editur.) Cic. Brut. 229, ubi Orellius male: voluimus (sc. eum) aetatem in disparem oratorum includere, ego cum Schuetzio: voluimus in disparem oratorum aetatem incl. (sc. eum); aberrando cod. arch. bis habuit aetatem.

41, 1 scripsi Decio collega † datur (i. e. dato, orto -ur sive ex continuatur sive ex ualerius).

41, 3 ex Madvigii eademque mea con. scripsi quum — esset, oppugnando. Tum, sive est = eo tempore, absurdum est (nihil enim habet sibi oppositum, nec quod ante consul fecisset, nec quod postea faceret), sive = deinde, relatum ad profectus, male abundat.

43, 26 scr. tertium.

44, 1 scribendumne Ab iis?

44, 2 num scribendum potuerat a bello abesse? Cfr. Emm. Cic. Epp. p. 61—63.

44, 10 scr. qua [duci] proxime potest, expeditas — ducit; cfr. I, 23, 5: ducit, qua proxime ad hostem potest. Ineptum est duci potest impersonaliter positum pro duci possunt; infinitivus additus praeter omnem loquendi consuetudinem et sine ulla necessitate; duci, opinor, est aberrantis ad ducit potius quam interpolantis interpretantisve, qui non duci, sed ducere addidisset.

46, 11; v. ad 22, 2.

Liber X.

2, 10 scripsi In naves † parvis custodibus, probans cum Madv. Weissenbornii con. paucis; cfr. § 8: praesidio levi navibus relicto.

5, 4 sic interp.: et («baade») super — posse, et ipse.

7, 11 scribendumne Cuius imaginis in titulo?

8, 3. Anacoluthi (nec aut tum — et nunc —, non ut = nec aut tum — aut nunc —, ut sine non) ab aliis notati causa fuit additum sed ut —, quod paene poscit et nunc —, non ut.

8, 10 probabilius mihi videtur, quod P. (et sine dubio alii boni codd.) habet quire, ortum esse ex quir. (ante en), i. e. Quirites, quod ipsum in cod. Klock. hoc loco est, in dett. ali-

quot post en, quam ex que erit; cfr. § 11: Nihil — re, Quirites, et ann. mea ad V, 3, 6 et 6, 15.

12, 5; v. ad XXVI, 51, 3.

14, 13 suppleri etiam potest proficeret parum, periculum erat vel potius periculum esset (timeri posset); aptior enim obliqua oratio est, praesertim quando (= quoniam), non quia posito; facilius etiam fuit aberrare a proficeret ad posset (esset).

14, 18 ego sic malim: et tempore visa cett.; codicum (M., dett. al.) impro ex empor geminatione quadam fieri potuit, ut, quod in P. est, inse ex uisa; in Kl. ex inse factum esse, aberrando ad ex montibus; ipso addere necesse non fuit.

17, 4 cur Madvigius probavit Weissenb. cōni. praeda ingens facta? Iteratio verbi capiendi offendere non potuit; cfr. IX, 44, 13: signa — capta et — castra utraque capta, et quae Madvigius ipse in Emm. p. 266 posuit; capere praedam autem omnes (Plautus, Cornelius, alii) dicunt.

17, 8. Non assentior Madvigio (Emm. p. 322 et 373), «viciosam esse in prosa oratione ellipsin verbi substantivi apud participium in sententia relativa»; Livii quidem codices sic habent, non uno aut altero loco (X, 30, 4; 33, 6), sed permultis, ut II, 13, 1, VI, 1, 11 bis, X, 21, 8, XXI, 28, 4, XXX, 26, 5, XXXVII, 45, 15, aliis, quos non notavi. (VIII, 8, 3 fuerat audiendum ex coepit esse; V, 16, 7 est ex est divisum, ut IX, 1, 10 ex iustum est; cfr. XXII, 52, 5: si quid argenti, quod — erat. IV, 53, 11, X, 3, 2 et 31, 4 et 36, 14 sunt eiusdem generis atque X, 27, 4, de quo Madv. p. 373.) Adde simillimam vel potius eiusdem generis ellipsin post coniunctiones postquam (X, 29, 8), priusquam (VII, 6, 2), ubi (XXI, 25, 11, XXII, 1, 19 et 5, 6, XXIX, 32, 12, XXXVII, 42, 4), ut (XXII, 14, 3), quod (X, 1, 3, XXVII, 37, 4), alias. Potest est (sunt) uno et altero loco errore excidisse, omnibus vix item; quare non necesse est cum Madv. (in praef.) nostro loco scribere: quam — coactus est; si quid mutandum, malim cum Bekk. et Madv. (in praef.) sic distinguere: quam — coactus Ferentinum ductus; ceterum; sed ne sic quidem necessario cum Madv. scribendum est: ductus est; cfr. II, 60, 2, ubi comma post Aequi omittendum est; XXI, 20, 8: omnia inquisita — cognita; XXIV, 18, 6: tribuque moti aerarii omnes facti; XXV, 41, 6—7: Numidae — comites facti, postquam —

viderunt, ipsi — dilapsi; XXIX, 32, 8: raptique — praelati; XXXV, 44, 1: introductus — rex dicere orsus.

18, 14 cum his: Bene, hercules, verteret (sine Quod) cfr. 35, 14.

23, 5. Quoniam etiam vere, ut Douiatius voluit, Livius scribere potuit (cfr. IV, 60, 1, al.), malim: paenitere, † vero gloriaretur.

26, 6 scribendumne Sunt, quibus — fuerit; adiecerunt? Iusto durius mihi videtur adiecerint; cfr. tamen IX, 1, 9, si ibi placari verum est, et Madv. Emm. p. 418.

28, 3 ego sponte olim, ut Kochius, Gallos primo impetu — quem sustineri satis sit; ex quē, ques post Gallos facile factum quos; dura Madvigii coni. quo; an recte dicitur sustineor primo impetu pro eo, quod est sustinetur primus meus impetus?

30, 5 malim cum Hertzio (Madv.): peditum millia trecenta triginta; veri similior numeri auctio, nec quidquam mutatum nisi X in ω (M).

31, 2; v. ad IX, 22, 2.

31, 3 scribendumne Adversus hos, ut respondeat illi: in Etruria?

31, 8 sic interp.: Felix annus bellicis rebus pestilentia gravis prodigiisque sollicitus; cfr. 47, 6: Multis rebus laetus annus vix ad solatium unius mali, pestilentiae urentis—agros, suffecit; si ita necesse esset addere fuit, hoc post -itus excidere facile potuit; sed vid. ann. ad 17, 8. — Ibd. scr. terra multifariam pluvisse. Apud Livium quidem semper scribitur pluit lacte, lapidibus, sanguine (XXVIII, 27, 16, ubi in codd. est lapides pluere, es (is) ex ib. ortum est ob sq. fulmina aut ex *z*, omisso *b* ante *p*); apud Plinium item; apud Ciceronem de Div. II, 58 cd. Ulm., 4 edd. vet. recte habent sanguine pluisse. Terra, sanguis pluit, opinor, prosa quidem oratione non dicitur, nedum, ut Freundius, alii explicant, terram, sanguinem pluit.

32, 4 notandum ubi — et inde (= et unde).

34, 6 fortasse rectius sic distinguetur: urbe, nec, ut nec per asyndeton sit «og hverken», non «og ikke»; sine commate nec—nec est = et non — aut; illud aptius quum hic tum locis his partim a Siesbyeo collectis: IV, 33, 10, XXVI, 39, 12, Caes. B. G. I, 36, 5 (neque = sed neque), III, 3, 2, VII, 52, 1,

Cic. N. D. III, 86 (ubi, ut nostro loco, quod praecedit, explicatur per nec — nec —).

35, 2 scr. quanto — plus; v. ad I, 7, 9; cfr. 36, 1, ubi arch. in medio pro in mediū, alia multa.

35, 13 scribendumne Tum enimvero?

36, 6. Verba, quae sunt praevectus ad portam c., ac statione — opposita edictoque — obstitit, licet sic intelligere, Livium, ut aliis permultis locis, sic hoc participium appositum cum ablativo absoluto copulasse; sed tamen fortasse ad praevectus audiendum est; cfr. ann. ad XXI, 25, 9.

36, 7 ex codicum profuse licebat facere usitatum illud prope effuse; fusc sic positum non memini.

37, 5 exciditne post frumentoque mensium numerus?

38, 5 scribendumne Ibi in mediis fere castris?

38, 12 scribendumne consaepti, in quo —; iis arma?

39, 15 scr. rupta iratos; si (Madv.; aberratum ab a in rupta ad a in iratos; tum ante s e tos factum tum; cfr. § 17: deum irae).

40, 12; v. ad IX, 37, 3.

41, 3 cum codd. aliquot dett. scribendum, opinor, occulti apparatus sacri; cfr. de eadem re 38, 8 et Madv. Emm. p. 223 et ad Cic. Finn. V, 53.

41, 6 scripsi † alaribus cohortibus. Fortasse scr. alarium cohortium; de mendi genere v. ad IX, 37, 3.

41, 11 scribendumne Equitem eques sequitur, peditem pedes? Ex equiteques factum equites eques.

41, 12; v. ad VIII, 19, 3.

42, 5 vide ne et post octingenti ex-ti natum sit; repugnat enim et tertio membro praepositum regulae illi tria plurave copulandi a Livio quoque constanter observatae; praecedit milia viginti trecenti quadraginta. Aliud est, eundem scripsisse 15, 4 quadraginta et quinque (cfr. XXI, 22, 4, XXXV, 1, 10, XL, 50, 6, XLI, 13, 5, XLII, 27, 3, XLV, 43, 5)¹⁾, aliud etiam, vulgo dici non solum centum viginti quattuor, sed etiam centum et viginti quattuor, quod duas tantum partes habet, unam centum, alteram per asyndeton bipertitam viginti quattuor.

43, 5. Ne quis inter ac et te-addat facta (coll. 41, 14), notandum est, testudine esse abl. modi, ut simillimo loco,

¹⁾ [Cfr. Neue «Formenlehre der lateinischen Sprache» II p. 109 sq. O. S.]

XXXI, 40, 3; cfr. cuneo (cuneis) II, 50, 9, VII, 24, 7, XXV, 3, 18, XL, 40, 2, agmine, acie, Madv. G. L. § 258 not. 2.

46, 12 scribendumne cum codd. alq. dett. Caesa — millia quadringenti, minus duo millia capta?

47, 1 scribendumne iisque ipsis?

Er Latinskolen vor høieste almindelige Dannelsesanstalt?

(Nogle Bemærkninger, fremkaldte ved Hr. Skolebestyrer Helms's Afhandling i Programmet fra Borgerdydskolen paa Christianshavn 1870: En Antydning i Anledning af Spørgsmaalet om den høiere Skoleunderviisnings Reform.)

Af *C. Fogh*.

I ovennævnte Artikel tager Hr. Skolebestyrer Helms meget varmt og indtrængende Ordet for Oprettelsen af en Realhøiskole med paafølgende Adgang til Universitetet og dets Begunstigelser, Regentsen og de øvrige Stipendier. Han har herved taget Arv efter sin Forgænger, Prof. Hammerich, der ligeledes var en Forkæmper for Tvedelingen af den høiere Skole. Det dreier sig her om et pædagogisk Princip af stor Betydning. Det er Spørgsmaalet om, hvilke Midler der ere nødvendige til den høieste Almeendannelse, der her paany bringes frem. Men ved altfor stærkt at betone Realisternes Ret til «Regents og Stipendier», ved at skildre den paany oplussende Strid som «en Kamp mellem Beskyttelsesmænd og Frihandelsmænd paa Aandens Omraade», ved at tale om Studenterne som «monopoliserede» og Værnene om den høiere Almeendannelse som «nedarvede ormstukne Skranker», som det gjælder at faae til at falde, ved at fremstille dem, der studere Polytechnik, Naturvidenskab, Skovvæsen o. s. v., som dem, «der ved kunstige Midler ere holdte et Trin længere nede», forekommer det mig, at Hr. H. strax har givet sine Læsere et skjævt Syn paa Sagen og kaldet, ikke de ægte, men de falske «Forkæmpere for Frihed og Lighed paa alle Gebeter» til sin Hjælp. Thi hvis det er ubilligt, at Realisterne ikke have Regents og Stipendier ligesom Studenterne, saa er den rimelige Slutning deraf jo dog kun den, at de ogsaa bør have slige, men ikke, at de skulle kaldes Studenter og have Adgang til Studenternes Regents og Stipendier; hvis Studiet af

de gamle Sprog maa ansees for nødvendigt for den høiere Almeendannelse, saa er Beskyttelsesmanden jo en Hævder af Dannelsen, Frihandelsmanden kun en Fribytter, Skrankerne berettigede og Monopolet en velerhvervet Ret, ja en naturlig Følge; hvis de, der studere Polytechnik o. s. v., ere holdte et Trin længere nede, saa er det jo dem selv eller deres Værger, der have holdt dem nede, thi hvorfor toge de ikke først Studentexamen, saa vare de ligesaa høit oppe som Studenterne. Enhver Søgen efter Kundskab er unægtelig, som Hr. H. siger, «lige berettiget», men man kan umulig mene, at den giver samme Ret; har man engang knyttet visse Forrettigheder til den høieste almindelige Dannelse, saa høre de denne til, og det maa altsaa først vises, at en Realstudentexamen yder samme Garantier for dens Besiddelse som en Latinstudentexamen, hvis man skal godkjende Realisternes Ret til Ligeberettigelse. Derom og om Hr. H.'s Betragtning deraf skal jeg tillade mig nogle Bemærkninger.

Hr. H. betegner det selv som en Fordom at troe, «at man «studerer», naar man har taget Examen i Latin og Græsk, men at man ellers ikke «studerer»». Denne Brug af Ordet «studere» er en Overlevering fra den Tid, da Latin var det eneste Fag, ved hvilket man kunde erhverve sig en fyldig Almeendannelse; det betød derfor senere at gaae i Latinskole og derfra til Universitetet, men har nu allerede tabt denne eensidige Betydning, saa at man uden Betænkning siger: studere Polytechnik, levende Sprog, Kunsthistorie o. s. v. uden Hensyn til, om Vedkommende har gaaet i Latinskole eller ikke. Det havde derfor ogsaa været bedre, hvis Hr. H. havde undladt at bruge Ordet «Ustudeert» saa hyppigt og saa udhævet om dem, der ikke ere Studenter; der vækkes let derved en ikke god Følelse hos disse, som vel at mærke, aldeles ufortjent, gaaer ud over Studenterne, der faae Skyld for at betragte dem som ustuderte Personer, nægtet ingen nutildags for Alvor, og naar han veier sine Ord, vil kalde en polytechnisk Candidat eller en Officeer, der har gennemgaaet Officeersskolen, en ustudeert Mand. Saasnaart man istedetfor dette misledende Ord sætter det, det skal betyde, nemlig: en, som ikke har gennemgaaet en Latinskole, indseer man ogsaa strax det uholdbare i Hr. H.'s Paastand, at det er de Ustuderte, «hvem Tiden tilhører, fordi det er dem, der løse Tidens Opgaver», og dog er det denne Paastand, der er Hovedpunktet i Hr. H.'s Bevisførelse for Berettigelsen eller Nødvendigheden af en Realstudentexamen. Thi hvilken Forbindelse er der

mellem ikke at gaae i en Latinskole og at løse Tidens Opgaver? Hvilken, selv om Mennesket levede af Brød alene, og Tiden kun havde den Opgave at opfinde Maskiner? I England og Nordamerika gaar næsten ethvert ungt Menneske, som vil have større Almeenkundskab end den, Folkeskolen giver, i en Latinskole (grammar-school). Har da ingen af dem «bidraget til at tilveiebringe de uhyre Fremskridt i Kultur, almindelig Oplysning og materielt Velvære, som dette Aarhundrede har seet»? Har Gladstone fra Eton Skole og Oxford Universitet eller Peel fra Harrow Skole og Oxford Universitet ikke bidraget til at løse Tidens Opgaver? Gladstone, der reformerede den irske Kirke, og Peel, der gennemførte Katholikernes Emancipation og Kornlovenes Ophævelse i England! Hr. H. anfører eksempelvis for at støtte sin Paastand, at det er de Ustuderte, «der have slynget de talende Traade om Jorden, dem, der læse ukjendte Aartusinders Historie i Steenkulsgrubernes Jordlag, dem, der paa Industriens Omraade gjøre de vidunderlige Opfindelser, der skjænke Tusinder det daglige Brød og andre Tusinder et forhøiet materielt Velvære og derigjennem atter Midler til en høiere Almeendannelse». Men selv disse Exempler eller Antydninger ere ikke holdbare. Gausz og Morse, som begge høre til dem, man tilskriver Æren for at have lært Traadene «at tale» et forstaaeligt Sprog, havde «studeret», den første i Göttingen, den sidste i Yale College i Connecticut, og Ørsted, som først fandt paa at vække det slumrende Liv i Traadene, saa at de overhovedet kunde lære at tale, var som bekjendt Student. Hvad dem angaaer, som have undersøgt Kullagenes Planteverden, saa gik Göppert i Latinskole i Glogau, Unger var juridisk Student, før han kastede sig over Naturhistorien, Brongniart studerede Medicin, og Lindley kunde idetmindste Latin, siden han har skrevet hele Værker i dette Sprog. Vende vi os til de store Opfindere paa Industriens Omraade, da havde Cartwright, Opfinderen af Maskinvævstolen, en af de meest indgribende Opfindelser, der nogensinde er gjort paa Jorden, Skaberen af Englands vigtigste Industri, studeret i Oxford og var Præst; Watt, Dampmaskinens Opfinder, gik i Latinskole i Greenock; den yngre Stephenson, Britanniaebroens Constructeur, studerede ved Universitetet i Edinburgh; Brunel, Themsetunnelens Bygmester, gennemgik Collegiet i Gisors og kom derpaa ind i Seminariet, da han skulde være Præst, o. s. v. Men det er ganske sandt: Sørensen, Sættemaskinens geniale Opfinder, var ustudeert;

Arkwright, som opfandt Spindemaskinen, var Barbeer og ustudeert, Hargraves, som gjorde ham Rangens stridig, var en fattig Væver og ustudeert; Palissy, Glas- og Porcellainmaleren, var en simpel Pottemager og ustudeert; den ældre Stephenson, Dampvognens Opfinder og Grundlægger af Jernbanevæsenet, var Maskinbetjent og ustudeert. Men disse Mænd vare rigtignok ustuderte paa en egen Maade. De havde nemlig næsten intet lært af boglig Kundskab. Sorensen fik den tarveligste Underviisning, som kunde faaes i Kjøbenhavn, nemlig i en Aftenskole, da han maatte hjælpe til at tjene Brødet om Dagen, og kom allerede i sit 13de Aar i Lære. Arkwright var 13de Barn af meget fattige Forældre og havde slet ingen Underviisning faaet. Kunde de øvrige læse en Bog, var det vist ogsaa alt, hvad de kunde.

Sagen er simpelt den, at de store og geniale Mænd, de, der «løse Tidens Opgaver», ikke frembringes af Skolerne, hverken af Latinskolerne eller Realskolerne. De gaae i deres egen Skole; en Skole kan være glad ved blandt sine Fostersønner at tælle nogle af dem, men den har ikke skabt dem og kan ikke kræve Æren for dem. De dukke op, høist uventede, undertiden blandt de meest uvidende, undertiden blandt de meest studerte, men altid uberegnelige. Den allerhøieste og allerlærdeste Realstudentexamen kan ikke sikkre os en eneste af dem. Ikke en eneste! Ingen kan beregne en ny Komets Komme. Vi kunne derfor ganske roligt lade de store Mænd uomtalte. Det er ikke dem, vore Skoler ere beregnede paa.

Maaskee er det ikke af Veien at minde om, hvad det er, der er Skolens Opgave. Det er Skolens Opgave ved Meddelelse af grundig Kundskab at bidrage til at bibringe unge Mennesker en almindelig Dannelse. Opgaven er den samme for Bondeskolen, Borgerskolen og Latinskolen. Jo rigere og fyldigere Kundskabsmeddelelsen er, desto høiere er Skolen, desto større den almindelige Dannelse, den meddeler, naar der forøvrigt arbeides med lige Alvor, Grundighed og Kjærlighed. Naturligviis maa Ordet Dannelse her, som altid, naar Talen er om Skolen, forstaaes om den Aandens og Hjertets Udvikling, som kan opnaaes ved de Midler, Skolen besidder, og indenfor de Former, som Skolens Organisation nu engang medfører, thi baade Kundskab og human Dannelse kunne erhverves paa anden Maade end ved en Skole, og der har været mange lærde Mænd med meget mangelfuld Skoledannelse. Høiskolen er altsaa den, der benytter de rigeste og alsidigste Midler til Almeendannelse. En

saadan Høiskole er det Latinskolens Opgave at være. Den bør ikke mindre være en Høiskole for Folket end de Skoler, som særlig have tiltaget sig dette Navn. Vel var der en Tid, da Staten betragtede den nærmest som en Skole, der skulde uddanne Embedsmænd, men denne Betragtning af den er forlængst opgivet. Der gives, det tør jeg rolig paastaae, ingen Art Skole i Landet, hvis Underviisning mindre end dens er anlagt paa at forberede for en bestemt Stilling i Livet. Ingen kan dog endnu troe, at der læses Latin i Latinskolen for den philologiske eller Græsk for den theologiske Examens Skyld. At man har erkjendt, at Latinskolen bør være den høiere almindelige Dannelsesanstalt, fremgaaer ogsaa tydelig deraf, at da man først fik Øinene op for Matematikens og Naturvidenskabens Betydning som Dannelsesmidler i Skolerne, indlemmede man dem i Kredsen af Latinskolens Underviisningsfag, og gjorde det ærligt og alvorligt. Thi det er ikke med Rette, at Hr. H. siger, at «man pyntede lidt op» paa Latinskolens Disciple med de reale Fag, for at de ikke skulde «staae til Skamme for en Dreng paa 14 Aar i en Realskole», og derfor «satte nogle Fag ind hist og her, hvor der var Plads». Det var netop Latinskolen, der løftede Matematiken, Grundlaget for det naturvidenskabelige Studium, i Højsæde blandt de øvrige Dannelsesmidler i Skolen og efterhaanden udvidede dens Omraade saa betydelig, at Regning og Matematik nu læres i alle Skolens otte Aar (Mathematik alene i de sex sidste) med et anseeligt Timetal, og ved Siden af dem stillede den Naturhistorie og Physik ligeledes i alle 8 Aar (Naturhistorie i de sex første, Physik i de to sidste). Dette er ikke at behandle de vigtigste reale Fag som Skumpelskud og bærer ikke Præg af en uvillig og tvungen Indrømmelse. Latinskolens Styrere have vel, ikke til alle Tider handlet af en udviklet og bevidst pædagogisk Erkjendelse, og det kan gjerne være, at det deelviis var en Følelse af, at de reale Videnskaber vare blevne en Magt, «som det ikke gik an at oversee», der dikterede deres Optagelse i Latinskolens Underviisningskursus, men mange Udtalelser bære ogsaa Præg af, at det var Erkjendelsen af deres Betydning som Dannelsesmidler, der ledede de Beslutninger, ved hvilke disse Fag ere blevne en vigtig integrerende Deel af Latinskolens Dannelsesmidler.

Det staaer derfor fast, at Latinskolen tilfulde anerkjender, at den høieste almindelige Dannelse nødvendiggjør baade et sproglig-historisk og et matematisk-naturvidenskabeligt Studium,

37, 1. Vide, ne Livius accusativo casu semper dixerit Ostiam (cfr. II, 7, al.), ablativo utrumque, et Ostia (II, 6; 57, 7; XXIII, 38, 8, al.) et Ostiis (IX, 19, 4; XXVII, 23, 3). Ostiae est II, 7, XXVII, 22, 12, al.

38, 4 ego sponte, ut Madvigius, suspicabar, ad petendi excidisse substantivum aliquod (valli?); in textu scribo † petendi.

38, 9 scripsi quod † ne qui dux. Quod Madvigius scribendum coniecit quod denique dux, sic videtur dicendum fuisse: mirari se denique, quod dux; an latet epitheton aliquod ducis?

39, 6 nihil est cur uncis includatur consulatu; recte cum vi ter notio consulatus repetitur, praecedente ille consul demum.

39, 19 ego sponte, ut Muretus: *Gloriam vanam* qui —¹⁾.

¹⁾ Sed Wölfflin rectius: *Vanam* gloriam qui —; maiorem vim vanam

41, 7 scr. equites, *et* impedimenta per convallem vel equites impedimenta^{que} per convallem, ut aut *et* post *-es* aut *q* ante *p* omissum sit; an scribendum trans proximos pro transque proximos, *q* ex *p* orto?

44, 5 ego: Paulus Sempronii^{que} et Flamini^{que} temeritatem Varroni, Varro *Paulo* speciosum — exemplum Fabium obiiceret. Dativus ducibus pendet a speciosum exemplum, non ab obiiceret.

44, 7 scribendumne: quibus lingua *tam esset* prompta ac temeraria, (scil. iis, non eorum) aequae — manus? Cfr. ad X, 17, 8.

45, 7 non probo Madvigii conii.: tenuerunt; ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta, quod, quoniam **levium** armorum auxilia nulla ante commemorata sunt, sic durissime intelligendum erat: «af de øvrige, letbevæbnede Hjælpetropper = af de øvrige Hjælpetropper, hvilke vare letbevæbnede»; recte vero iaculatores cum ceteris levium armorum auxiliis («tilligemed de øvrige letbevæbnede Hjælpetropper») dicitur, sive ex *ex -es* ortum expulit cum, sive, cum omisso ante ceteris, additum est *ex*.

47, 3 scr. detrahebat *de* (v. *ex*) equo. Alius rationis est detrahere alicui vestem, capiti coronam, alia, quae plus minusve privandi notionem habent; ne cum ablativo quidem casu sine praepositione detrahere facile dictum est.

49, 14 sic interp.: alter, seu — consilio nulli —.

51, 1. diei quod reliquum esset noctisque insequentis quietem, i. e. «Hvile i det, der var tilbage af Dagen, og den følgende Nat»; cfr. 59, 4 diei reliquum ac noctem insequentem.

51, 6 scripsi † tracta, probans Madvigii conii. contracta; con (cō) facile excidit post quos (cos).

52, 1 scr. e P. brachio flumine obiecto eos excludit; cfr. ann. ad III, 55, 8.

53, 10 comma post patiar ponendum: ut — patiar (scil. ita; an excidit ita post *-tiar?*), si — afficias («gid Du —; cfr. Madv. G. L. § 384 not.; Cic. ad Q. F. I, 3, 10, ad Fam. XIV, 4, 3. Sall. Cat. 35 extr. notio rogandi inest in his: commendo tuaeque fidei trado, quare post trado ponendum

habet, ut cui opponatur veram; nec § 18 est gloria vana, sed vana gloria. 1870.

est comma, non semicolon, ut hoc: eam — defendas idem sit, quod ut eam — defendas.)

54, 4 scribendumne faciebat; [et] iam, ut et ex -atortum sit? Non additur novum aliquid, sed explicatur tantum multitudo; cfr. tamen ann. ad IV, 49, 9.

55, 8 scr. urbe; cfr. XXIII, 10, 5 et 11, 4 et 16, 6, Madv. praef. ad III, 58, 10.

56, 2 scribendumne cum Heusingero ad XV millia? cfr. 54, 1 et 4.

60, 7 ego: praeferrique se non — consuli aequum censuerint; excidit se post que.

60, 15. dum patria est, i. e., dum ea est patria vestra.

Liber XXIII.

4, 4 scripsi † actaliter; defendi enim potest vulgata correctio nihil — actum aliter, quod negative positum est = omnia agebantur (agi) ita, ut si —; cfr. ann. mea ad I, 43, 11. V excidit ante A.

5, 6 scribendumne aut in acie aut in binis — amissis castris; an amissis castris est abl. absol., «ved Tabet af to Leire»?

5, 11 comma post indigenam ponendum, hac sententia: ne Africae quidem indigenam, sed ab ultimis terrae oris, id est freto Oceani Herculisque columnis.

6, 5 Livius sine dubio scripsit res est, solito verborum ordine: extracta — res est; res et est locum inter se mutaverunt facillime. — Ibidem retinenda scriptura cod. P. vincit; (renuntiant — spectare — extracta est — vincit; Livius saepissime tempus narrandi ita variat, ut hic 13, 6—7).

9, 10 notandum ego quidem pro equidem positum, ut Sall. Iug. 24, 9, Att. ap. Cic. ad Att. IX, 10, 5.

9, 11 scr. tertium.

10, 1; v. ad XXI, 25, 9.

11, 3 scr. servataque, de lucris (de facillime excidit post que) vel cum Madv. e lucris.

11, 4 scr. iis omnibus; cfr. § 6 eae.

11, 7 scribendumne deficiebat? an quique? an quaeque est pluralis numerus, sicut Livius alibi utrique pro uterque ponit? an quaeque singulari numero, hoc quidem loco durius, appositum est subiecto verbi deficiebant?

12, 4. copias parte aliqua minuisse si verum est,

Livius dixit minuere aliquid aliqua parte («formindske Noget med en Deel, f. E. $\frac{1}{3}$ »), sicut XXII, 40, 7 augere aliquid parte dimidia; sed exempla desidero; fuitne *ex* parte aliqua?

12, 6 scr. cum duobus codd. dett. paenitet *te* belli, ut in Hannonis responso (§ 10) paenitere me; sine te poterat audiri homines, «man». § 9 quoque cum edd. vett. scrib. paeniteatne me, ubi in P. paeniteat me est, ne ante me omisso.

12, 10 scripsi † responde ad; ipse sponte, ut Madvigius in praef., correxi respondeo; si quid aliud in *ad* latet praeter o, fuitne ad haec?

13, 8 probo Madvigii coni. DC Bostarque; an fuit CIO Bostarque? cf. 32, 5. Ex CIO factum DIC, tum TATOR ex BOSTAR.

16, 4 in his: proelia (1) parva et — (2) vario eventu fiebant equidem nihil vitii dispicio.

16, 14 scr., ut olim edebatur, fecerint (scil. lixae calonesque et alia turba; multo hoc aptius quam fecerit, scil. clamor).

16, 16 scribendumne ex cod. arch. ingens eo die res (scil. gesta est) ac nescio an maxima illo bello gesta sit? — Ibidem egregiam Madvigii coniecturam vincere discentibus (ut sit aberratum ab -ce ad alterum -ce) alteri eiusdem: vinci timentibus longe antepono; vinci timeo enim est non audeo vinci; dicendum certe fuit: ne vincerentur, timentibus. Ac tamen vide, ne ferri possit tum vincentibus; Livius enim ipse ait eos tum vicisse: sive tanta sive minor victoria fuit («at undgaae et Nederlag var dengang vanskeligere for de Seirende, hvad enten nu deres Seir var saa stor, som Nogle berette, eller mindre, end siden at tilfoie Fjenden Nederlag»); tum facile excidit ante uin-.

17, 7 certa sine dubio est Madvigii coni.: legionesque venire Numidae citi nuntiassent; post que excidit ue, post ni vero renu, D et S, E et CC, T et P confusa.

19, 17 expectari poterat qui in praesidio fuerant; sed cfr. de eadem re § 18 qui — fuerint = orat. recta fuerunt.

21, 5 fortasse scrib. quantum argenti opus fuit. Livius, si fides codici habenda est, XXII, 51, 3 dixit temporis opus esse; quanti argenti opus fuit dicere vix potuit; quantum enim nisi nomin. casu aut accus. substantive ita dici

non potest, ut cum genitivo generis ponatur; adiective autem nunquam inveni quantum argentum pro eo, quod est quantum argenti, positum; *i* sive ex *u* ortum esse potest sive accommodando ad argenti. Cfr. tamen de aliquantum XXV, 35, 7 aliquantum iter, XXIX, 35, 13, XXXVIII, 27, 6.

25, 4 fuit quum scribi vellem: ultionemque iam («snart») fraudis fore; ex iam post *e* facile potuit fieri eam; sed eam ultionem relatum est ad Gallicum bellum. Cfr. 29,

eo discrimine pugnae, ubi, quoniam praecedit pugnare, omitti poterat pugnae, et I, 30, 4, ubi similiter virium abesse poterat, quoniam dicitur haec fiducia, ut sit fiducia huius rei; nostro quoque loco, si fraudis abesset, non desideraretur.

28, 9 scribendumne amni, ut est 14, 13; 19, 9 et 12; XXIV, 10, 7?

31, 10 notandum pridie quam pro eo positum, quod est ex die ante quam; an, quoniam hoc durius est, scribendum essent *ex* (quod post -ēt excidere potuit) pridie quam? quemadmodum dicitur ex ante diem V Id. Oct. (XLV, 2, 12), in ante diem IV et III et pridie Id. Oct. (ibid. 3, 2), ex a. d. V Kal. Dec. ad pr. Kal. Ian. (Orell. Inscr. n. 594). Similiter XXV, 12, 1, quoniam Livius nusquam usque dicit pro usque ad, sic scribendum puto: usque *ad* ante diem V Kal. Mart.; cfr. Cic. ad Att. II, 11, 2: usque ad pridie Non. Mai. Plinium H. N. XI, 16, 41 ex codd. scripturis (et ad pr. id. Sept., ex april. Sept., simm.) suspicor scripsisse sive ex pridie Id. Sept. sive ex ante d. II Id. Sept., sicut in eandem sententiam in codd. Epist. Cic. ad Att. locis quibusdam scribitur.

33, 2 ego ex arch. Philippus Macedonum rex eo magis, quod propior Italiae (scil. quam omnes reges gentesque) ac mari tantum Ionio discretus erat, in qua scriptura ac rectissime ad comparativum propior adiungit explicationem mari tantum Ionio discretus; Livius, si quo scripsisset, idem sine dubio ac non posuisset, sed ita scripsisset: quo propior Italiae, mari tantum Ionio discretus, erat («idet han kun var adskilt dêrfra ved —»¹⁾).

¹⁾ [Ad quo defendendum cfr. tamen, quae Aubertins in horum Annalium vol. V p. 1 sqq. exposuit; exemplis ab eo positis addi possunt Cic. Cat. 77, Liv. I, 23, 8, XXXI, 31, 17; de annexo autem per ac altero membro, ad quod particula relativa non iam pertinet, v. II, 35, 6, IV, 11, 2, XXXIV, 4, 3. O. S.]

34, 10 sic interp.: Romae, quum —. Verba, quae sunt per idem tempus Romae, iungenda cum his: decreverunt patres, non cum his: quum — Mammula — retulisset («havde meldt skriftligt»), quod posceret Romam.

37, 2 vix necessaria Madvigii coni.: turrem aliam; sententia quidem in his: Adversus ligneam ingentem admotam urbi aliam turrem ex ipso muro excitavit per se ipsa clarissima est, turrem autem cum aliam iunctum, sicut quum dicitur pro uno centum domini = pro uno domino centum.

38, 11 si ut finale est, comma post bello, non semicolonponendum; sed haec sententia: ut — faceret sine dubio pendet ab iussusque (cfr. ann. mea ad I, 43, 11); ita recte interpungitur: bello; si —.

42, 13 scribendumne: miseris — et ademeris, si — iudicaris?

43, 7 scribendumne: Explorato cum firmisque praesidiis *et* tuto receptu praedatum ierat? Cfr. 42, 9, ubi inverso ordine duorum membrorum est: explorato et subsidiis positis et sub signis ad populandum ducebant.

43, 13 ego olim: Ipsorum quam Hannibalis *magis* interesse; magis facilius excidit post -alis quam post ipsorum¹⁾. Sic X, 30, 9 carminibus post militaribus inserendum, XXI, 49, 10 datum post signum; XXIV, 5, 13 ita lacuna explenda: ausuros *fuisse, addit socios* ab — (aberratum ab -os ad -os); XXV, 24, 5 rati facilius excidit post teneri quam post custodes; XXVII, 17, 6 malim *erat Punicis* (aberratum ab -ibus ad -icis); XXVIII, 26, 7 scribendum puto non *modo* metu, 31, 7 cum viginti millibus *peditum, duobus millibus* equitum et quingentis (aberratum a millibus ad millibus), 42, 6 neque *detrecto neque* elevo (aberr. a neque ad neque, ut paulo infra a non ad non); XXX, 6, 3 vis sententiae inest in hostile, post quod nihil facile excidit (-il post -ile), 26, 8 pluribus facilius excidit post victoriis quam ante victoriis; XLII, 63, 1 regiam suppleo post vim vel post quidam, XLV, 26, 14 impositum post dimidium.

¹⁾ [Similiter Sall. Cat. 9, 5, ubi Iordanus ex codd. quibusdam magis post beneficiis inseruit, veri similis mihi videtur sic fuisse: beneficiis quam metu imperium *magis* agitabant; de ordine verborum cfr. lug. 31, 20; 42, 5; 92, 6, Liv. ed. Madv. IV, 2 p. 80. O. S.]

Cfr., quae ad XXI, 60, 4 dixi quaeque ad XXVIII, 5, 1 et ad XLII, 60, 2 annotabuntur.

45, 1 coniecturam Vossii, [ab] eodem scribentis, probō; post solitum illum ablativum absolutum eodem se duce et recte se habet abl. abs. milite alio et facile intelligitur.

45, 10 scripsi: † Enim minor res est hic periri —. Suspicio Livium scripsisse: En, minor res est (scil. ea), *in qua hic* experiri vim vestram volo: expugnate —; im adhaesit interiectioni en ex sq. mi-; eñ (ecs, ec) excidit in P. m. 1 post hic, ut haec (hec) ante expertos V, 54, 6; hic respondet ei, quod praecedit, Romam, et sequitur hinc; potest tamen hic periri etiam simpliciter pro experiri scriptum esse; cf. efero = exfero, effero.

46, 5 scribendumne cum tribus codd. dett. Spolia — Vulcano vota cremavit? Durius est votum «som et Løfte til Vulcanus».

46, 9 scripsi ad † petendum locum; ex petendum facilius fit, quod Gron. coniecit, tenendum (cf. 48, 5, XXIV, 2, 3, permulti alii loci, ubi tenere idem est, quod obtinere) quam obtinendum.

47, 8 cum certissima Gron. correctione: rem, quam vera sit, communis existimatio est, mirabilem certe adii-
ciunt cfr. Cic. Lael. 10: Ego si — negem, quam id recte faciam, viderint sapientes; sed certe mentiar.

48, 10 scr., ut olim edebatur, ut rei publicae, ex qua crevissent, *ad* tempus commodarent («laane Staten for en Tid, d. e. staae i Forskud, indtil der kom Penge i Skatkammeret»; v. § 11); *ad* (*at*) facillime excidit inter *ut* et *t*; rei publicae tempus commodare Latine, opinor, nihil est, sive rei publicae genitivus esse putatur sive dativus.

49, 10—11 scribendumne ut — occisis, trinisque — potiti sint?

49, 12 scr. provincia — abundant; nam adiective positum est hoc verbum, ut avida; cfr. ann. ad I, 8, 3. — *Ibd.* de verbis: ut — omnium cfr. ann. ad VI, 24, 7.

Liber XXIV.

3, 14—15. Si in Locros verum est, Locrorum nomen priore loco a Livio ita positum est, ut in Leontinos (7, 2 et 29, 6 et 30, 1 et 39, 11), in Leontinis (21, 2 et 23, 3 et 31, 14 et 32, 1), ex Leontinis (33, 1); 30, 8 quoque sine

dubio scripsit ut in Leontinos irent. (Cic. Verr. II, 160: Leontinis, misera in civitate.) Scilicet, ut Leontini, sic Locri proprie gentile nomen fuit; cf. XXII, 61, 12, Cic. N. D. II, 6, III, 11, al. Sed quoniam Locros sine in positum est 23, 8 et XXIII, 41, 10—11, malo priorem locum ad posteriorem accommodari scribendo se [in] Locros quam contra post coniungunt addendo in; potest IN aberrando ex INtrasent esse natum.

3, 16 notanda brevitatis; nam sic verba intelligenda: haud procul (a Luceria) Hannibal Arpis consedit.

4, 5 offendit me aliquid durius in his zeugma: suis vestigiis insistere vellent et disciplinae; an excidit, ut in § 3 et 7 plura verba, sic hic quoque praeter et verbum aliquod, ut meminisse post et vel post eductus esset? Cf. 6, 8: qui eum — iubebant meminisse.

5, 12; v. ad XXIII, 43, 13.

6, 7 con. Madvigii: ad foedus ex societate cum Hannibale pacta faciendum. Convenit — probo; nam ex P. sine transpositione sic scribere: ad foedus ex societate cum Hannibale faciendum pacta. Convenit — vix ausim; etsi cfr. 8, 5, ubi Livius inter similiter provocantem et Gallum ad certamen (in quibus verbis ipsum Gallum interpositum est inter cohaerentia similiter provocantem et ad certamen) interposuit arma capienti; sed ibi contraria provocantem et arma capienti rhetorice iuxta inter se posuit, quo magis eluceret.

7, 2 scr. quum — profectus esset, —. Pravum illud erat ortum est sive ex eset sive aberrando ad paulo superius erant, ut § 7 ex ad ob praecedens in factum est in.

8, 15 scripsi Sin autem te classem obtinente iam velut pacato mari † quib. Hannibali; et facile additum ex -te est; ne mihi quidem quaevis prorsus satisfacit, etsi ex queis factum esse quibus non mirum est.

8, 16 scripsi hosti * oppugnabant. Madvigius vidit plura excidisse inter hosti et oppugnabant; ex opponamus vix fieri potuit oppugnabant.

9, 2 scr. sine commate inierat protinus.

9, 9 con. Rinkesii: praesenti Fabio atque ipsi comitia habenti probo. Ablativus defendi non potest eo, quod legitur 35, 1: Helorum atque Herbesum deditibus ipsis recepit; id est enim: ipsis oppidanis (eas) deditibus (=

ipsas se dedentes), ut 36, 10 Murgantiam, prodito ab ipsis praesidio, recipit.

10, 4. De coniunctivis obtineret — praeesset v. ann. ad I, 43, 11¹).

13, 10 veri similiter Weissenb. equites D, qui praesidio —; d qui facile excidit ante *p*.

14, 10. Si in eo cod., unde P. descriptus est, fuit que, non improbo Weissenbornii coni.: expediendis tergendisque diei reliquum; sin, ut, videtur, quod, proba Madvigii coni., eandem meam: expediendis quod diei fuit reliquum; pro fuit autem Livius potest etiam erat aut, quod praesenti historico consumunt responderet, est scripsisse (est reliquum vel rel. est); cfr. XXII, 51, 1 diei quod reliquum esset, 59, 4 diei reliquum, 32, 1 quod reliquum autumnus erat, XXVI, 10, 10 diei quod rel. fuit.

18, 11; v. ad XXI, 25, 9.

22, 14; v. ad XXI, 62, 2.

23, 4 ser. tralata est; inde facile tradita post traderunt ortum est. (Madv. ex Lov. I. translata; de ratione scribendae vocis cf. Emm. Tusc. Disp. I, p. 7, pag. 252 ed. Tur.)

23, 7 omittendum comma post socium; missos appositum est, non praedicatum.

23, 8; v. supra ad 3, 14—15.

23, 9 scribendumne non, quam maturato opus erat, *tam* naviter? tam sive ta facile excidit inter -at et na-.

25, 3 notandum tenuerat — erat — tenuerit; an Livius tenuerat scripsit?

26, 3 Madvigius in his: addidit preces, nunc per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se — conflagrare sinerent ante nunc excidisse putat nunc per deos. At alterum divisionis membrum, interposita Heracliae longiore oratione, in § 11 per hoc anacoluthon sequitur: tum omissis pro se precibus, puellis ut saltem parcerent, orare institit. Heraclia prius precatur per

¹) [10, 8 Madvigium impetu scribi voluisse, e praefatione apparet; 31, 14 quum errore irrepsisse, nemo, opinor, non ipse videbit. Graviora illa, quod 43, 2 *L. Metellum* scriptum oportuit, quoniam hoc praenomen in P. est XXII, 53, 5 et 11 itaque corrigendo scriptum est XXIV, 18, 3 et XXVII, 11, 12, et quod 45, 6 post desperata omissum est ab. XXIII, 39, 4 Romanis, non Romani, scribi debuit. O. S.]

patris fratrisque memoriam, ut sibi ipsi parcerent; deinde, quum interfectores ad se ipsam interficiendam obstinatos paratosque cerneret, destitit pro se orare, pro puellis orare institit.

26, 10 Livius etiam tereretur, ut vulgo editur, scribere potuit (cod. tererentur), et haec correctio aliquanto lenior mihi videtur.

26, 15 sine causa Madvigius mihi videtur velle scribi: festinatum *id* supplicium; utrumque aequae recte dicitur.

27, 7 scr. Sed iam —. Marcellus legatos Syracusas misit, quietem et tranquillitatem ibi esse ratus; sed iam dempto timore ibi nequaquam eadem quies ac tranquillitas erat.

27, 8 ego in aliae partis suspicor latere adversariae partis; aberratum est ab altero *a* ad alterum, tum ex ariae factum aliae; cfr. Corn. Phoc. 3 adversaria factio, al.

30, 4 arbitrari act. signif. positum est («man troede» = orat. dir. arbitrantur), non passiva («der troedes»). Plautum enim et Caesium (apud Priscianum) et Gellium dixisse arbitrare et passiva vi arbitrari credo, Ciceronem aut Livium non item. Cic. Verr. V, 106 antiquissimus cod. Vat. habet putaretur, pro Mur. 34 arbitraretur (sic noti codd. omnes; nam idem est, quod 4 Parr. habent, arbitrētur, i. e. arbitretur cum nota litterarum ar) non passive positum est, sed idem subiectum habet, quod praecedens iudicavit, Pompeium, quod tamen post interiectum illud: quocum — gesserunt audire non licet; addendum est, ut fecit Halmius auctore Kaysero, *a Pompeio* (ante aestimata, ubi facillima aberratione excidere potuit). Epp. ad Att. I, 11, 2 in his: in epistola tua scriptum est, me iam arbitrari designatum esse ex tua audiendum est te; apud Caesarem B. G. II, 4 extr. ex illis: omnia se habere explorata Remi dicebant facile auditur se. (Similiter Livius XXI, 38, 6 vulgo credere scripsit.)

30, 6 speciem haud vanam ferri, opinor, potest in eandem sententiam, quam vani haberet; haud vanam = credibilem, probabilem, haud prorsus falsam.

30, 8; v. supra ad 3, 14—15.

30, 14 in his: a quibus ipsi (Cretenses) — dederentur-coniunctivus positus est ad fati consilium significandum («for selv snart at udleveres»); cfr. I, 48, 7: quibus iratis — sequerentur. Similiter ut positum I, 46, 3, ne V, 33, 11, Plin. Epist. VIII, 23, 8.

31, 2 scripsi Epicyden* pervasit. Weiss. supplet ad-

esse omnes ordines probatque Madv.; sed omnes ordines vix necessarium inter agmen et toto agmine; et vide, ne audiatur non agmen, sed ad eos, i. e. «duces, ad quos nondum pervenerat, quae morae causa foret». An excidit non solum adesse, sed etiam ad eos, hac sententia: rumor ad duces per agmen pervasit? in quo nihil, credo, offenderet, per eos significari, qui paulo ante duces appellati sunt, brevi post praetores appellantur.

34, 11 scr. recideret, quemadmodum est iniecta esset et recelleret, coniunctivo iterativo; plusquamperfectum non necessarium; recidens enim aquam navis accipiebat.

34, 14 scr. aut magnam partem ita proclive est aut magna ex parte —; similiterque Sall. Jug. 98, 3 emendari debet. Magna parte sic Livius non dicit, nec potest id esse «i en stor Strækning», quod esset magno spatio. IX, 24, 12 et XLI, 6, 6 maxima parte et magna parte (= plerisque, multis) quasi apposita sunt ad semisomnis et ad exercitu; similiter XL, 34, 13 omni parte (= tota) ad gente accomodatam esse potest, etsi, collatis XXXVII, 53, 5 et 9, Ov. Epist. 7, 110, simplicius est ita interpretari, ut sit ab (ex) omni parte, «i enhver Henseende».

36, 7 post morati sunt colon ponendum, hac sententia: nam et Bomilear — et Himilco.

36, 10 in his: ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis convecti erant Romanis artius ubi iungendum est cum erant Romanis («hvor Romerne havde»), ut convecti sit quasi appositum ad vis commeatusque; cfr. XXII, 20, 6: ubi vis magna sparti erat, ad rem navalem congesta, ubi comma post erat ponendum. Dicendum est necessario quo Romani congesterant; dici potest aliquo loco mihi aliquid est congestum («jeg har etsteds Noget sammenbragt»); cfr. 39, 11: frumento et commeatibus aliis in castra convectis, ubi in castris dici non potuit. XLIV, 40, 2 convectum adiective positum est (non «var blevet ført sammen til den nye Leir», sed «var ført sammen i»); quod in aliquem locum convectum est, in eo est. Cfr. Madv. G. L. § 344 (de praesenti statu praeterita actione effecto).

38, 8 scr. cum Sigonio vitandae, non inferendae fraudis causa. Apertum est, negari aliquid, quod sit contrarium ac vitare fraudem; quod quo modo ferendae esse potest? Dici potuit faciendae; inferre fraudem dicitur ut

inferre iniuriam, vim, alia multa; *in* facile excidit post *n*. Omnino fraudem alicui ferre est damnum afferre; hoc autem loco fraus est fallacia; v. § 2, ubi Pinarius etiam optat, ut reliquum tempus nec patiendo infanda nec faciendo (= et vitando fraudem et non faciendo inferendove) traduci posset; tum autem coacti erant vitandae aliorum fraudis causa ipsi fraudem inferre.

40, 2 mallet in editione discipulis quoque destinata scribi classe; incertum omnino mihi videtur, num Livius abl. casu etiam classi dixerit; utrumque vix dixit. Classi est IV, 34, 6, XXIII, 41, 8 (ante in), XXVIII, 7, 1, XXX, 9, 7, XXXVII, 45, 2, classe I, 1, 4, XXIII, 33, 10 et 34, 3 et 36, 2, XXIV, 44, 5, XXVII, 30, 7, XXX, 19, 5, XXXII, 16, 9, XXXIV, 60, 5, XXXVII, 53, 17, omnino, opinor, multo pluribus locis.

42, 8 scr. caesa [et] haud; aberratumne est ad et signa an et ortum ex sunt?

43, 3 Ussingius, quum recte scripsit [fuerant], quod ego totum deleo, oblitus est recte sic interpungere: censoribus — a L. Metello — dies dicta ad populum est (quaestorem eum — factam); sed — dimissique. Ne —. (Ad dimissique auditur sunt. Ipsa illa parenthesis non animadversa induxit interpolatorem interpretemve aliquem ad addendum fuerant, ut supra erat moverant — fecerant.)

44, 5. De coniunctivo haberet v. ann. ad I, 43, 11.

44, 8 Ottonis coni. portae Anagninae probō; an fuit porta Anagninae? Cfr. 10, 9: murum ac portam Gabiis. — Ibd. scrib. Et alia — credita pro veris: navium longarum species — visas, et — arma concrepuisse, et flumen — fluxisse. Apertissimum est, tria membra omnia ex credita pendere debere, non postrema duo sola; visae ortum est ex quae nullae.

44, 10 scribendumne *Cui* quum vel *Ei* quum —? Alioquin eius non habet, quo referatur.

44, 10 scripsi et † ut is; corrigi enim etiam potest transponendo: et is, ut, ut Frobenius olim edidit.

45, 2—3 comma post Arpos, non semicolon ponendum erat: qui post Cannensem cladem — traxisset ad defectiōnem Arpos, tum — polliceatur. — Ibd. de coniunctivo in his: documentum esset, a Madvigio restituto cfr. ann. ad I, 43, 11; pendet ab illis: aliis — videri, i. e., alii — censebant.

45, 5 scripsi et † non vocitent, documentum autem,

Madvigii conii. probans, nisi quod ut fortasse audiri potest ex ne, ut aliis multis locis; ex novoseōēilient facile aberrando a c ad e factum novocitent; de sententia cf. 48, 1 multosque et veteres reciperent socios et novos adicerent. Tum vide, ne autem in P., ortum ex -entum, sit delendum; etiam enim («endog») post illud potius abundat.

46, 1 fortasse scr. eam (cfr. § 2: ad eum locum scyllas iussit ferre), praesertim si Livius sic voluit intelligi: «quae pars — erat, ea (eam) aggredi statuit, quia — vidit»; sin ita verba iungenda sunt: «quia, quae pars — erat, maxime — vidit, ea (eam) aggredi statuit», facilius ferri potest ea.

47, 5 scr. cum Doeringio quam ob noxam Romanorum aut quod ob meritum Poenorum. Iterato pronomine interrogativo (quam — quod) etiam ob iterandum fuit, transpositum aut facillime, praesertim post -od, expulit ob.

49, 5 Madv. in praef. sine causa voluit: Syphax — in Maurusios ex acie (Numidae extremi — colunt) refugit. Cfr. de hoc verborum ordine: in Maurusios ex acie Numidas refugit ann. ad VI, 6, 14; add. IV, 22, 6: intentisque Etruscis ad vanas a certo periculo minas, I, 57, 6, ubi, ut hic Maurusios, similiter Collatinus protractum, quo gravius opponatur L. Tarquiniū filiiis. Recte in parenthesis additur causa, cur Maurusii protractum sit, scil. quod ii Numidarum extremi prope Oceanum adversus Gades colebant; sin Livius, ut Madvigio visum est, scripsisset, sic intelligi poterat: «Numidae, i. e. Numidae omnes, extremi colunt»; et parenthesis certe ante ex acie ponenda fuit.

Liber XXV.

3, 3; v. ann. ad I, 43, 11.

3, 4 notandum post Flacci audiri duae, post Claudii autem una (v. XXIV, 44, 3—5). Ceterum malim sic distinguī: fuissent legiones, essent; v. ann. ad V, 40, 1.

4, 6 prohibiturus erat est pro prohibiturus fuit v. prohibuisset; an scribendum ut in orat. obl.: prohibiturus fuerit, quemadmodum est cesserint — passi sint — sustulerint? fu- omisso post -us ex erit fieri poterat erat. Cf. § 2 secutura fuerit. De eram apud parte. fut. pro sui posito cfr. I, 7, 5 si — compulsisset, — deductura erant; XXIII, 6, 8 praetermissuri erant; Cic. Verr. III, 121, Att. III, 22, 4.

4, 9 videri, ut I, 10, 7, cum acc. c. inf. praesentis temporis positum, eadem significatione qua placere. Similiter XXVI, 3, 12 Livius scripsit: id ei iustum exsilium esse («skulde være») scivit plebs; VIII, 37, 11: Polliae sententia fuit, puberes verberatos necari, cett.; eodem genere, sed durius, XXVI, 34, 1: senatus Oppiae Cluviaeque bona ac libertatem restituit: si qua alia praemia petere vellent, venire eas Romam, ubi verbum voluntatis (censuit) auditur, non ipsum positum est. Cfr. Att. ap. Cic. ad Att. IX, 10, 5: ego quidem tibi non sum (sic ego pro sim) auctor — te quoque profugere; XIV, 10, 1 quoque fortasse licet clamare senatum — vocari ita explicare («skulde kaldes»), sed oportere ibi post vocari excidere facile potuit. Caes. ap. Cic. ad Att. X, 8 B, 1: abesse (i. e. abesse te debere) iudicasti.

7, 5 scribendumne plebisque scito? Scitu est Cic. ad Att. IV, 2, 3, sed in pontificum decreto.

8, 5 silva in his: silva sese occuluerunt abl. instrum. est, ut Cic. de imp. Pomp. 7, Tusc. II, 36 umbris; an excidit *in* post *i*? Caes. B. G. VI, 31, 3 ego ex Oxon., Voss. 2 addo in ante iis insulis.

8, 8 scr. liberos Tarentinos leges *suas* suaque omnia habituros (v. *suas* leges suaque —); cf. 16, 7: liberos cum suis legibus venturos in amicitiam; 23, 4: liberos eos ac suis legibus victuros esse; 28, 3: cetera cum libertate ac legibus suis servarentur; aliter Livius certe scripsisset leges omniaque sua.

9, 16 scr. occupari iubet; sequitur caedi, parci. (§ 13 in P. est sustineri, 10, 6 convocare.)

10, 5 tum suspicor non ortum esse ex tandem (Madv. Emm.), sed repetitum ex ta, sequente du-.

11, 9; v. ad I, 7, 9.

12, 1; v. ad XXIII, 31, 10.

12, 6 vix recte se habent illa: neque credes, donec completeris sanguine campum, multaque millia — deferet amnis — ex terra frugifera; piscibus — fuat esca caro tua, i. e., et non credes multaque millia deferet et piscibus fuat esca. Quoniam que in multaque respondere videtur priori neque, opinor post frugifera addendum esse ut («saa at»).

12, 15 scrib. cum edd. vett. in propatulo; -is in cod. ortum est ex apertis ianuis; cfr. XXIV, 16, 17.

14, 4 ego: Proxime (v. Proxima) forte erat cohors, omisso hostium, quod ex sq. versu huc tractum est; v. Madv. Emm. p. 292.

15, 7 scr. Hoc idem *in* eadem ora maris.

16, 5 scripsi et iam † anno in magistratu erat. Livius enim etiam annum scribere potuit; recte annum erat eodem sensu, quo fuerat, post iam.

18, 10 scr. Nihil sibi cum eo consociatum, nihil foederatum, hosti cum hoste, *esse*, cuius —. Hosti cum hoste appositum est verbis sibi cum eo; cfr. 40, 12: Muttinem sibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Carthaginensi; Cic. Cat. 10: Ego Q. Maximum — senem adolescens ita dilexi, al. Esse adiectiva illa consociatum et foederatum poscunt (cfr. ann. ad V, 54, 5); facile excidit post hoste.

19, 6 scr. cum Weiss. averterent *a* Capua. Livius, opinor, nusquam avertere sic sine ab ponit; quod Capua urbis nomen est, nihil ad eam rem interest.

19, 14 ego sponte, ut Madv. in praef., scripsi res erat.

20, 5 ut ortum esse potest ex *q* (in que) et *t* (in tanto) et expulisse in; alioquin mallet ut in tanto discrimine; neque enim ut semper est certo fine circumscribens sive restrictivum («af — at være»), sed etiam causale = utpote («saasom»); cfr. XXIII, 14, 1 et 35, 18, XXVI, 5, 7, XXX, 6, 4, XLIII, 18, 9.

24, 5; v. ad XXIII, 43, 13.

24, 7 scr. Sub lucem.

24, 15 scribendumne signa *ad* Achradinam admoveret, similiterque 30, 4 *ad* (v. *in*) Achradinam redit? Livius Achradinam vix, ut urbium nomina, sine praepositione ponit; v. § 10 in Achradinam agmen convertit (cfr. XXIV, 32, 7), 31, 1 in Achradina erant; cfr. etiam 24, 4 ad Epipolas perventum erat, 30, 7 trahi ad Achradinam, ubi tamen ad positum esse potest de regione Epipolarum, Achradinae, non de ipsis Epipolis, Achradina.

26, 5 scribendumne cum edd. vett. non repulit tantum *a* munimentis?

26, 14 malim, ut olim edebatur, ex et facere at quam cum Madv. uneis includere.

29, 4 comma post certe ponendum.

31, 8 scribendumne, ut olim edebatur, *ad* (v. *in*) Nasum —? Cfr. 30, 10 circumvectae ad Nasum, ann. ad 24, 15.

32, 10 non video cur Madv. post profectus addiderit est; v. I, 60, 2: liberatorem — castra accepere, exactique inde liberi regis, II, 5, 8: Consules — processere, missique lictores, V, 23, 12: legati — venerunt, impetrataque pax, 49, 6: castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus, XXIV, 42, 5: Ad Auringem — Poeni recessere, et — secutus Romanus. Cfr., quae Madv. ipse in praef. ad XXVI, 38, 7 dixit, et ann. mea ad XXI, 25, 9.

35, 9 Ussingii coni. probo delentis tuto, quod facillime extutari repetitum esse potest.

36, 7. In his: clitellas illigatas oneribus ablativus oneribus est («paabundne med» = quibus alligata erant onera; cf. § 10: clitellas obrutas sarcinis).

36, 15 comma, non semicolon, post clades ponendum, ne quin distrahatur ab altero orationis membro.

38, 5 in his: excitant somno inest quasi hortantes, e quo pendet sententia, quae sequitur: neu se neu — patiar. Cfr. Tac. Hist. IV, 84: minax facies Scydrothemidi offertur, ne destinata deo ultra moraretur.

38, 7 notandum: nemo obedientior me uno, quemadmodum dicitur unus omnium doctissimus.

39, 2; v. ad XXI, 25, 9.

39, 10 in his: ni cruenta scuta Romanorum visa indicium alterius cladis Poenis atque inde pavorem iniecissent paulo duriore zeugmate verbum aliquod post Poenis omissum videri possit, ut fecissent v. attulissent v. fuissent; sed ita inde male, opinor, abundet. Et similia sunt iniicere alicui causam deliberandi, iudicandi iustam moram, alia nonnulla, ubi iniicere simpliciter est afferre.

39, 17 Livius scribere debuit: monumentumque victoriae — fuit in templo clipeus, Marcius appellatus, ut § 16 est Apud omnes magnum nomen Marcii est; scripsit: — fuisse clipeum, Marcium appellatum, quasi ex addunt hic liceret intelligere tradunt; nam ex ipso addunt miracula pendere id non potest, quod miraculum non fuit.

40, 2 ego sponte, ut Ussingius, scripsi licentiaeque huius —.

40, 8 suspicor Livium sic scripsisse: inclusi — dux Poenus Syracusanusque, non consilio Muttinis quam *sui* fiducia — muros, ad Himeram —. De ducis utriusque fiducia sui cf. § 12—13; aberratum est ab *f* ad *f*; de sui fiducia cfr. c. 37, 12.

41, 6—7; cfr. ann. ad X, 17, 8.

Liber XXVI.

2, 10 Madv. coni. in acie, *sed* praesidio —. At Livius, opinor, certe scripsisset *et* praesidio. De asyndeto post negationem cfr. I, 25, 3, VII, 39, 14, XXII, 27, 9, XXVII, 50, 9, XL, 20, 3.

2, 12 malim cum edd. vett. supplere non stetisse quam cum Gron. cessisse. Latine vix dicitur in acie cedere; dicitur ex acie, ut II, 47, 2, al.; cf. § 14. Aptissime inter se respondent non stetisse et stantes (§ 13). Aberratum est ex -sse ad -sse.

3, 7 Livius sine dubio scripsit: nam quum *Blaesus* bis pecunia anquisisset —. Subiectum verbi anquisisset ex 2, 7 vix licet audire. Cfr. tamen ann. ad 46, 8. Quod de eodem homine sequitur Sempronius, cf. 5, 12 Fulvius = 6, 7 Flaccus, 15, 1 Claudius = § 2 Appius, XL, 39, 3 Q. Fulvium = § 4 Flacco, al. Excidit BL ante BL.

4, 9 ego sic distinguo: fuit: institutum, ut —; explicatur enim, qui equitatu quoque Romani superiores fuerint (= inst. est enim). Potuit Livius eandem in sententiam scribere fuit, instituto, ut —.

6, 3 scr. quae *ad* Vulturnum (amnem) fert. Vultur-nus Livii tempore urbs fuit; tum castellum tantum ibi erat, non urbs; v. XXV, 20, 2. Omissum ad post ae.

7, 6; v. ad XXI, 60, 4.

7, 9 comma potius post castellum ponendum fuit; cfr. ann. ad V, 40, 1.

9, 2 ego, ut Ussingius, scripsi sub Casino; sed contra etiam pro biduo sine dubio scribendum biduum; cfr. ann. ad 51, 3. Permutatae inter se sunt terminationes *o* et *u*, ut non raro in cod. Laurish. factum est.

10, 2 num, ut olim edebatur, ponere scribendum est?

10, 6 num [in] equis decurrentes scribendum, ut in ex -io ortum putetur?

11, 11; v. ad XXI, 25, 13.

12, 11 scribendumne, ut in edd. vett., non Capuam solum --? Solam recte se haberet, si in altero membro non additum esset illud: in omnes cruciatus proditos.

12, 17 scr. fassus id ita esse, non addito est; v. ann. ad X, 17, 8.

12, 19 equidem sic interpretor: li comprehensi (scil. sunt) et — rediguntur; cfr. ann. ad XXI, 25, 9.

13, 6 notandum hoc quod pro quod positum, ut saepe dicitur id quod; cfr. Ter. Heaut. 1, 1, 102. (XLIV, 10, 2 Livius id ipsum, quod accidit scripsit = quod ipsum accidit, relato id ipsum, quod ad paenitentiae = paenitendi: «*esterladende Plads til, hvad der just indtraf, at angre.*») — Ibd. ex quoties audiendum est ut ad miserimus.

13, 9; v. ad XXI, 60, 4.

14, 8. Ut nos dicimus «*der var Mange*», Graeci Ἦν, οὐ —, ἔστων — ἀρχοντες (v. Pl. Euthyd. 302 c cum nota Heindorfii), ita Livium h. l. et XXXIV, 52, 5 et 7 de pluribus millibus pondo dixisse fuit, equidem mihi non persuadeo. V, 48, 8 factum, ut fieri solet, ad pretium accommodatum est, XXVII, 10, 13 additum ad praecipuum, et, opinor, Cic. pro Flacco 68 expensum est ad minus (paulo minus, quam centum pondo, expensum est). XL, 16, 11 ex translataargenti (translatargenti) fieri translataūargenti facile potuit, item XXXIX, 5, 7 collatū ex collata, praesertim paulo posi centum, frequentissimo aberrandi genere; etsi Livio haud scio an sit observatum animo aurum (centum pondo auri = aurum centum pondo), sequente de eodem auro id aurum et omne id aurum. XXXIX, 29, 7 id, item ut 5, 8, a Livio ita cogitatum esse potest, ut sit id auri et argenti, sed vel de toto illo «*decem millia pondo argenti et octoginta auri*» id collective dici posse atque adeo debere notissimum est; nam ea (sc. millia) puerile esset. Ceterum Cic. pro Flacco 68, Liv. V, 48, 8, XXVII, 10, 13, XXXIX, 5, 7 et VII, 38, 2 (ubi tamen subiectum verbi fuit non est pondo, sed, quod auditur, corona aurea) adiectiva numeralia sunt, non, ut nostris locis et XL, 16, 11, substantivum millia. Pluralem numerum ipse Livius posuit I, 55, 9: XL millia argenti seposita, XXVII, 10, 12: prompta ad IV millia pondo auri; inde quingena

pondo data; auditur fuerunt XXVI, 47, 7, lata ex latae XXXIX, 5, 14, praelata XXXVII, 46, 3. Quid ergo? Videtur mihi nostris locis fuit ex fuerunt (fūūt) oriri potuisse, omissa nota er syllabae, et ex ū facto ī, aut ex fuere (fūe).

15, 3 et 4; v. ad XXI, 62, 2.

15, 6 scribendumne impedimento, ut *um* pro *o* ex *in-*ortum putetur? Cfr. ann. ad I, 45, 4.

19, 6 facilius quē ante per excidere potuit, quam ex servatus fieri servabat. Ceterum pro servabat scribendum est servarat; aliter Livius certe servavit scripsisset.

19, 11. Si ostiis Tiberinis non est = per ostia Tiberina, scribendum est *ab* ostiis Tib. XXVII, 41, 8, si vera scriptura est certatim portis ruere, idem est, quod per portas, non, ut Weiss. vult et est I, 14, 8 (portis effusi), quod e portis. Excidit, opinor, *e*, ut XXV, 9, 7, ubi Madv. addidit *e*; cfr. I, 14, 9. XLIV, 35, 5 ego: agendos e castris, cod. agendosicastris; agere sine praepositione nemo Latinorum non modo dixit, sed ne potuit quidem dicere; in agendi enim verbo per se ipso movendi a loco nulla notio inest. — De verbis, quae sunt Emporiis, urbe Graeca, v. ad XXI, 25, 13.

21, 4 num scribendum cum Gron. meriti aut immeriti?

21, 14 sic interp.: (1) Ad — defecere; secutae — aliae. (2) Et Numidae — urebant. Sequitur tertium: Super haec — militia.

22, 3 scribendumne petiitque?

22, 8 scripsi † asserint. De Ussingii coni. quassa sint cfr. 51, 9, XXXIII, 17, 10.

24, 2; v. ad XXI, 60, 4.

25, 4 scribendumne Lyncestim?

27, 5 scr. Noctem ac diem continuatum; v. infra ad 51, 3.

27, 6 haud certum est excidisse (in pendenti interrogatione) esset; cfr. I, 59, 2: stupentibus, unde novum in Bruti pectore ingenium, II, 23, 5: sciscitantibus, unde ille habitus, unde deformitas, XXXV, 49, 6: miraremur, unde — tam multa et varia venatio, XXXIV, 2, 4: utrum peior ipsa res (scil. sit) an peiore exemplo agatur (nam peior ipsa quoque cum agatur iungere, ut sit: utrum peior ipsa an peiore exemplo res agatur, vix licet); Sall. Jug. 88, 6: simulaveritne — an — solitus, parum exploratum est, cfr. 113, 1; Cic. pro Cluent. 26: utrum impudentior

hic —, an crudelior illa —, difficile dictu est, 52: si quaesiveram, quæ inimicitiae Scamandro cum Habito, fatebatur nullas fuisse, pro Planc. 61: quaeris, quid simile in Plancio, Lael. 37: videtis quam nefaria vox, Off. I, 152: potest incidere comparatio, de duobus honestis utrum honestius.¹⁾

27, 12 scripsi † quia si qui. Fortasse scr. ex quibus; ex omisum post eos, tum quia pro quib. ob præcedens ideo.

30, 12 scr. habeamus, duæ captæ —. Asyndeton vix durum in eadem sententia duplici modo exposita.

32, 2. Cum hoc: gerendum fuisse — et urbem recipi (scil. oportuisse) cfr., quæ exposuit Madv. ad Cic. Finn. II, 103. Longe aliud est, XXVII, 5, 14, al. de re aliqua futura variatam simpliciter esse verbi censendi constructionem, quoniam dicitur et censeo aliquid faciendum esse et censeo aliquid fieri. XXVII, 20, 6—7 ex eundem fuisse ad repleti reliquosque infinitivos assumendum est oportere, non oportuisse.

33, 3 scripsi † iamiam. Mihi probatur iam; ex affinitatibus iam natae erant propinquitates, ut consobrinorum, fratrum patruelium, al. De geminato iam cfr. paulo supra superesse, ubi cod. superiores esse, 44, 6, al.

33, 5 scribendumne M. Atilium et (ac) C. Fulvium? Sequitur Q. Minucium et L. Veturium.

33, 10 scr. cum Gron. scisceretque. Scire, ut sit rogationem accipere, vix Latinum est; excidit sci ante sce, tum i pro e scriptum.

33, 13 scripsi † divina humanaque utensiliaque. Livius, opinor, scripsit divina humanaque tecta (s. aedificia) utensiliaque; alioquin scripsisset divina humanaque utensilia, omisso que, quod ortum esse potest ex priore que. Urbs = tecta et utensilia, utraque partim divina, partim humana. Cfr. deditiois formula I, 38, 2: urbem, agros, aquam, terminos, delubra (divina tecta), utensilia, divina humanaque omnia.

34, 7 scr. cum edd. vett. neve quis eorum, qui Ca-

¹⁾ [Etsi ex locis supra positis in interrogatione pendenti verbum omitti posse apparet, hic tamen, in enuntiato ex altera sententia secundaria apto, Madvigius recte videtur esse addidisse. O. S.]

puae fuissent. Cod. fuisset ob praecedens esset; cfr. § 8: qui — fuissent. — Ibidem, si vera scriptura est, Livius dixit neve quis — in urbe intra certam diem maneret aut pro his: neve quis — in urbe ultra certam diem maneret aut pro his: omnesque — urbem intra certam diem relinquerent. An scripsit ultra?

34, 9. De ne pro ita neposito (cfr. § 7: ita ut nemo — neve) cfr. 2, 14, Madv. ad Cic. Finn. II, 64.

34, 10 Livius dicere potuit necubi ipsi posterive eorum pararent, illud: ne ipsi — usquam pararent vix item, scripsit ne — usquam (pi ex qu ortum). An Latinum est ne — quisquam pro eo, quod est ne — quis vel ne — quisquam?

36, 6 scribendumne libras argenti?¹⁾

37, 1 deleo magis ut retractum ex sq. versu.

38, 7 scripsi cunctatus † et tum; nam et fortasse delendum ut ortum ex sq. t, non ex est.

38, 8 haec: appellabat. Enimvero ille — exclamat recte se habere mihi videntur, ut haec fere sit sententia: appellabat, quum ille — exclamat. Ne § 7 quidem appellat prorsus certum mihi videtur; cur enim post longam cunctationem res saepius fieri non potuit? Tum quoque cur de repetita re dici non potuerit, equidem non intelligo. Post repetitam demum appellationem Dasius rem Hannibali aperit; an putandum est, semel appellante Blattio Dasium rem aperuisse?

39, 7 ego: Velis [tum forte] improvidus —. Tum abundat, forte vix convenit in hunc locum; an proficiscentes naves remigio uti solebant? § 8 autem aptissimum est tum forte: quum velis Romanus veniret, tum casu accidit, ut sub idem tempus et venti vis omnis caderet et hostes in conspectu essent. Aberravit, ut non raro, [librarius a velis ad tum forte sub idem tempus (contra § 6 in cod. repetitum classi, 40, 6 propter). Ceterum § 8 sine dubio et delendum est, sive ex -at sive ex -t (ut 38, 7) sive ad sq. et aberrando ortum. (Velis — veniebat; sed — habebat; tum forte —.)

39, 12 comma post concurrissent ponendum; cfr. 33, 5, ann. ad X, 34, 6.

¹⁾ Ad libram defendendum cfr. VIII, 11, 14 dodrantem — quadrantibus. Ceterum pro dodrantem ibi cum Linsmayero dodrante scribendum puto. O. S.]

39, 16, ubi in cod. est ille atque, probo Madvigii transpositionem. An Livius scripsit, ut in edd. quibusdam vet. est, transfigit; ille simul atque — proram, victor?

39, 21 cum edd. vet. scribendum cum duobus millibus armatorum ex arce emisit. Sic cod., nisi quod post millibus additum est et, quod sine dubio debetur librario aberranti ad ex. Livius dicere potuit et cum armatorum duobus millibus et quingentis et cum duobus millibus et quingentis armatis; Latinum vix est cum duobus millibus et quingentis armatorum. XXXIII, 3, 10 scribendum suspicor cum Athamanum peditum mille et ducentis; alter ordo verborum per se quoque inusitatus.

40, 17 fuitne exsules et obaerati, ut et post -es omissum sit et post plerique transpositum?

44, 6 scr. oppugnanda (scil. moenia v. ea). Cod. oppugnandadam, deleto priore da, i. e. frequentissimo errore oppugnandā pro oppugnanda; de repetito da cf. 33, 3 iamiam. Gerundivi usum hi loci satis superque defendunt: VI, 9, 11 ad persequendos, XXIV, 27, 9 ad prohibendos, Suet. Iul. 58 ad arcessendas, Oth. 3 ad arcessendam; cfr. Madv. praef. ad XXXIX, 41, 1. (Genitivum similiter posuit Livius XLII, 3, 11 reponendarum, Suetonius Iul. 44 comparandarum ac digerendarum.)

46, 2; v. ad IX, 37, 11.

46, 8 exciditne Scipio sive post videret sive post re-fugerat? Etsi XXXI, 40, 1 quoque dure consul omissum est ante se recepit.

46, 10 scripsi qui obvius † fuit. Livius scripsit aut fuerat aut fuisset, coniunctivo frequentativo; aberravit libarius ad generis fuit.

47, 7 scripsitne Livius: libra ferme omnes pondo? Cod. libras, *f* orto ex sq. *f*, ut persaepe in antiquis codd. Ad-dito ferme omnes vix pluralis necessarius; librae i. e. singulae librae (Madv. G. L. § 75 a n. 1).

49, 1. De ubi = in qua re cfr. V, 17, 2, VII, 8, 7.

49, 6 fuitne et (*de*) redacta pecunia? Livius, opinor, scripsisset argenti facti, infecti, signati (cf. 47, 7); an vero redacta pecunia non argentea, sed aurea fuit? Scribendum certe fuit, ut solet Livius, auri argentique (non auri atque argenti) et redactae pecuniae. — *Ibd.* de aliquis v. ad XXI, 62, 2.

51, 3. Quoniam in Livii codd. interdum scribitur quis pro quibus (cfr. ann. ad XXI, 62, 2), suspicor Livium h. l. et I, 29, 6 (quibus Alba steterat) quos scripsisse, quod per quis in quib. abisse potest. XLV, 9, 5, ubi Gryn. edidit tredecim annis, quibus Alexander regnavit, omnia — suae dicionis fecit, quoniam in cod. est annos quibus, vereor, ne librarius ablativum et accusativum inter se permutaverit, quemadmodum 10, 1 victoria romanae famae scripsit, 23, 14 homines morum¹⁾. Nam tredecim annis omnia suae dicionis fecit recte dicitur de tempore, intra quod aliquid confectum est (ut XXI, 37, 6 triduo ad planum descendens est, XLII, 23, 2 oppida biennio proximo possedisse, i. e. cepisse, non tenuisse, multis aliis locis), quibus regnavit vix item; cfr. § 3 regnavit undecim annos et 7 quinquaginta annos stetit. An Livius pronomen relativum interdum aliter tractavit («i Løbet af hvilke, inden hvis Grændser») atque ipsas temporis voces: annus, dies, al.? XL, 15, 13 (id temporis, quo accusatus sum) quo ita positum videtur; an est: quo accusator orationem confecit, ut sequitur: momento illo horae orationem meditarer?²⁾ (Alius generis ablativus est, de quo ad VI, 40, 7 dixi.) Extra sententiam relativam non dubito quin III, 65, 10 biennium scripserit, XXI, 4, 10 triennium, V, 23, 2 tot annos, XXI, 2, 1 novem annos, X, 12, 5 pugnatum maiorem partem diei (cfr. XXIII, 18, 10, Madv. Emm. p. 98), XXXVIII, 27, 7 eam noctem — mansit, XLI, 17, 4 eum annum in provincia manere; Caesarem B. C. I, 46, 1 et 47, 3 horas, III, 59, 1 multos annos scripsisse credo (I, 7, 6 recte se habet novem annis — pacaverint). Tota nocte, toto die, simm., ut Cicero (Verr. V, 101, Fam. I, 9, 1, N.D.II, 130), Caesar (B. G. I, 26, VII, 24), omnes, sic Livius quoque dicit (X, 35, 6, al.), et quidem eadem ratione, qua dicitur tota urbe, i. e. per totam urbem. (Cfr. ann. ad II, 33, 10.) Ablativus

¹⁾ Cfr. ann. ad XXVI, 9, 2. XXIII, 35, 11 in P. est triduum post eum diem pro triduo. Apparet, quam parva codicum per se auctoritas sit, ut in multis aliis rebus, sic in hac.

²⁾ Cie. pro Lig. 5, ubi nunc editur Tertium est tempus, quod — restitit, malim, ut olim edebatur, quo; *d* facile ex sq. *p* nasci potuit; praecedit unum (tempus), quum —, alterum, quum. Epp. ad Fam. XVI, 10, 1 (id biduum, quod fueris in vin) sane accusativus necessarius est.

recte est XXXIX, 52, 1 (lustris), quia ad fuisset auditur princeps senatus lectus, ut V, 14, 3 comitia biennio habita, i. e. per biennium bis, XXII, 7, 11 aliquot diebus ad portas — multitudo stetit, XXIV, 28, 6 quinquaginta annis (i. e. aliquoties per L annos) expertam amicitiam, XL, 28, 1 primis diebus, sole orto — procedebant. III, 31, 2 dubitari potest, Livius ipse an librarius suo biennio accommodaverit ad id, quod recte sequitur, toto superiore lustro. In negativa sententia Livium ablativum possuisse hi loci ostendunt: X, 27, 6, XXIV, 9, 7 et 15, 3 et 18, 7, XXV, 3, 9 et 32, 1, XXXII, 3, 5 et 11, 6, XXXIV, 13, 8, XLII, 58, 3; quare XL, 29, 2 quoque eum scripsisse puto, quod apud Obsequentem est: sex mensibus nunquam pluisse.¹⁾ Quid denique intersit, dicaturne die nocteque an diem noctemque, Madvigius exposuit praef. ad XXXIII, 17, 7. Accusativus recte editur Liv. XXIV, 17, 7, XXVI, 9, 6, XXVII, 4, 12 et 14, restituendus est XXVI, 27, 5, ablativus recte editur Caes. B. C. III, 11, 1, restituendus B. G. VII, 77, 11.

¹⁾ [Cicero in sententia negativa ablativum habet pro Rosc. Am. 74 et 79, Verr. V, 86, pro Planc. 99, accusativum Verr. IV, 54, or. agr. II, 83, pro Planc. 100, Att. X, 8, 6; nullo, quod videam, discrimine. IV in Cat. 7, Phil. VIII, 20 non credo pro punctum scribi potuisse puncto. O. S.]

Etymologisk forklaring af nogle pronominer i Nordisk.

Af *Sophus Bugge*.

I.

denne.

Gotisk er det eneste kjendte germanske sprog, som ikke har fået dannet nogen særegen form for det pronomen, hvorved der peges lige hen på gjenstande i udenverdenen, som ligge nær for den talendes blik. Got. *sa* masc., *sō* fem., *þata* neutr. er både 'den (han)' og 'denne'; det bruges både deiktisk, d. e. viser lige hen på en gjenstand i udenverdenen (som ikke tidli-

gere har været indført i talen), og anaphorisk, d. e. optager en allerede i talen nævnt gjenstand¹⁾. Som ægte deiktisk pronomen har vi det f. eks. Matth. 8, 27: *Hvileiks ist sa, ei jah vindos jah marei ufhausjand imma?* Ποταπός εστιν ούτος, ου οι άνεμοι και η θάλασσα υπακούουσιν αυτώ;

maleficia committenda de nocte surgentium. Dein deterrens ab illa in animo excolendo (in *se serrando*) desidia aliud simile Horatius ponit de corporis desidia, quam sæpe sequitur hydrops, quod simile inceptæ ejus cohortationi et infra plenius explicatæ interseritur. Fugit vero Bentleium, hominem acutissimum, ut non semel figuratus Horatii sermo, hoc esse simile solum, quo, ex more, Stoicis præsertim familiari, animi vitia et perturbationes corporis morbis illustrantur. Bentleius ergo uno tenore desidiam et somnolentiam solam increpari statuens, eam orationis formam, quæ in duabus edd. principibus est: *si nolis sanus, cures hydropicus* probavit, in qua prorsus recte is quidem ad *cures: expergisci* ex antecedenti supplet. Illos interpretes (Obbarium, Schmidium) qui in retenta vulgari orationis forma idem (*expergisci*) supplet, nil curo. Sed cum vere iam a Bentleio observetur et opponatur ei, quod in vulgata loci lectione is quoque, ut alii, solum recte suppleri posse statuit: *currere*, nusquam præcipi sanis hominibus, ut *currendo* hydropem evitent, talibus vero modica sola gestatione et corporis exercitio opus esse, id sane minime refutatum est ab iis, qui contendunt ex sequenti *curres* aliud verbum, quod ad sensum requiritur, ambulationem v. incessum significans, suppleri posse (zeugmatis figuram ergo statuendam esse). Falsissime enim illud non dubie contenditur; nam in talibus locis, ubi vocabulum in priore membro omissum ex sequenti intelligendum est, semper idem vocabulum, quanquam interdum mutata grammatica forma, intelligitur¹⁾. Ea in priore membro alicujus vocabuli omissionis inprimis apud Horatium frequentissima est, cujus omissionis exempla plurima attulit Herbstius — quem virum in Horatio interpretando honoris causa memoro — lectt. Venus. part. 1 pag. 8—18. Neque tamen ipse satis diligenter semper attendit, in omnibus illis exemplis idem semper vocabulum sive eadem vocabula ex sequente orationis membro ad prius retrahenda esse, et falso sane nostro loco comparat Sat. 1, 3, 9 (ubi in *priore* membro verbum ponitur):

«sæpe velut qui

Currebat fugiens hostem, persæpe velut qui

lunonis sacra ferret» (sc. *lente incedebat*, supplet Herbstius)²⁾.

¹⁾ In diserta oppositione ex negativa verbi forma intelligitur affirmativa in Tac. Ann. 12, 64: *Agrippina filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat*; simplicius in simili oppositione ibid. 13, 56 *desse nobis terra in vitam, in qua moriamur, non potest*

²⁾ Id præterea de eo loco moneam, cum prius membrum construendum

Nostro vero loco si vel tanto iure illud contenderet Herbstius, in tali contextu aliud verbum, h. l. ergo satis diversum, ex sequenti elici posse, quanto iure id ipsum negandum est, tamen cum in illo simili satis manifesta adsit temporis oppositio, quæ vel ipsis adiectivis, quamvis non additis temporis adverbis, indicatur: (nunc) *sanus* — (post) *hydropicus*, ea temporis distinctio non dubie, sensu flagitante, in utroque orationis membro verbi quoque tempore indicanda est; neque magis quam in aperta quanquam alia oppositione in loco infra tractando, ep. 3, 30 (*sit tibi curæ quantæ conveniat* sc. esse) licet hoc loco de duabus inter se satis diversis vel oppositis actionibus priorem ex sequenti intelligi. Unum ergo hoc loco verum esse contendo, in quod ipse, locum scrutatus, delatus eram prius, quam viderem iam a D. Heinsio coniectum esse: *Si non is sanus, cures hydropicus*. Codices et *nolis* et *noles* habent, quod posterius facile ex sequentis orationis forma oriri poterat. Ex parva et ancipiti voce *is*, facile fortuito cum antecedente *non* in unam vocem confusa profectum: *nonis* pronum erat mutare in *nolis*; ex qua ergo, una literula mutata (*non is*), iam unus rectus sensus prodit. In sequentibus de ipsa re, quæ illo simili illustratur, non tam necesse erat duo diserte tempora distinguerentur, cum utrumque eodem tempore fieri cogitari posset (si non hoc fiet-pro eo illud fiet).

Verbum *eundi* recto sensu poni ex usu sermonis hoc loco (inprimis ob oppositionem), ut sit: *ingredi, incedere, ambulare*, fortasse non opus est exemplis demonstrare; pauca utique sufficient: in Hor. Sat. 1, 9, 1: *ibam forte via sacra*. Plautus *otiose ire, placide ire* dixit. Ter. Phorm. 5, 6 (al. 5), 27 *suspensio gradu placide ire perrexi*.

Horat. ep. 1, 3 v. 23 *seu linguam causis acuis*. Minutum sane est, quod de his verbis adnotabo, neque sane interprete egere locus videtur. Sed dissentiunt tamen inter se interpretes. Obbarius: *linguam causis acuis* (p. 213—14) «de meditationibus (?) forensibus s. declamationibus» intellexit, Haberfeld autem: «de ipsis *reorum* causis, quos Florus ut causarum patronus *egerit*.» Obbarius recte exemplis illustrat *acuere linguam* dici de *exer-*

sit: *sæpe currebat, velut qui fugiens hostem* (sc. *currit*), apparet prave sequi: *velut qui ferret*, pro quo necessario, ut constat et temporis et modi ratio verbo *ferret*, restituendum est: *velut si*; decepti antecedens orationis forma, huic quoque membro falso accommodata.

citationem dicendi, ut Cic. de or. 3, 30, 121 *lingua nobis acuenda atque procedenda* (cf. Cic. Brut. 97, 331). Sed rursus hoc Habermfelder patrocinator, quod *causæ* ex sermonis usu tantum de vera fori pugna intelligendæ sunt et opponuntur *declamationibus, exercitationibus v. materiis declamationis* (cf. Dial. de or. c. 10 *in forum et ad causas et ad vera proelia te voco* (cf. ibid. c. 35). Quid ergo? neuter eorum, neque, quod sciam, ullus interpret¹⁾ de recta verborum inter se relatione, in qua tamen omnis interpretatio vertitur, quæsit. Facile apparet dissentientes illos interpretes *causis* Ablativum instrumenti putasse; sed sic sane necesse fuit, lis, ut vidimus, oreretur iis in diversa abeuntibus. Sed cum *acuere linguam* dicatur de *exercitatione* dicendi, et *causæ* de veris in foro proeliis ponantur, sequitur ergo *causis* non esse Ablativum instrumenti sed Dativum (consilii) i. e. in (ad) causas sc. agendas (ut: locum capere castris, locum domicilio legere &c.). Sic ex æquo respondet: *civica iura respondere paras*.

Vss. 30 ad finem: *Debes hoc etiam rescribere* &c. Totus hic locus post tot interpretum curas nondum satis explanatus est, neque de recta vocabulorum coniunctione neque de vero enuntiatorum nexu atque inde pendente recta orationis distinctione satis adhuc constare apparet.

Quod Commentator Cruquii et Acron¹⁾ ad vocabulum *etiam* adnotantes: «mire, quasi aliæ etiam causæ scribendæ (sc. epistolæ) sint, quam reconciliationis», significant, hoc vere et proprie Horatio in hac epistola conscribenda propositum esse, ut gratiam illorum hominum reconciliaret, id si verum est, haud dubie propius ad veræ epistolæ indolem quam ullam aliam Horatii, hanc accedere statuendum est.

Quod primum in controversiam venit, in v. 30 *si* an *sit* (cui posteriori adstipulatur Porphyrius quoque adnotatio, ex sui temporis usu *an* intelligendum esse contententis; Hauptius 1851 et Orell. 3tia ed. 1852 retinent adhuc *si*, Obbarius et

¹⁾ Postquam hæc scripsi, nunc video Kruegerum (des Qu. Horatius's Satiren u. Episteln Lips. 6te Aufl. 1869 p. 201) rectum loci sensum subindicasse, breviter adnotantem *causis* esse *dativum* (ante *acuis* de declamationibus recte interpretatum). Düntzerus quoque *causis* dativum esse statuit, sed *acuis* de meditatione intellexit, quæ cuique causæ orandæ anteedat — quasi in comitatu Tiberii causæ orarentur. Idem Kruegerus in vs. 26 de verbis: *frigida curarum fomenta* commentatus ita satisfacisse mihi visus est, ut hunc locum, prius satis ab interpretibus vexatum, nunc intactum relinquam.

Kruegerus (6ta ed. 1869), nulla argumentatione usi, *si* receperunt) -eam litem haud dubie satis diserta Herbstii disputatio in lectt. Venus. part. 1. 1848 p. 21. 22 iam diremisse statuenda est. Quum neglecta esse videatur, est quod præcipua ejus argumenta, iam prius in eandem sententiam delatus, repetam, quædam de meo quoque addens. Cum plerique superiores editores eatenus essent Bentleium ducem secuti, qui non tantum *si* sed coniectura *est* quoque (*curæ est*) addidit, ut *si* saltem reciperent, Herbstius adnotavit, particulam *si* sane pro interrogativa post verba explorandi, quærendi (Liv. sæpius), tentandi et similia poni, verbo vero declarandi præcedente unquam a bono scriptore *si* dici exemplis non constare, quare negat *si* hoc loco latinum esse. Bentleianæ coniecturæ: *curæ est*, quod verbum supplevit ille, «ut ambiguum evitetur» et quia sequitur in altero interrogationis membro: *coit et rescinditur* (o; Indicativus), recte obiecit Herbstius, vel propter *conveniat* esse reiiciendam. Nam *conveniat* ita demum recte stabil, si antecesserit (aut intelligatur) Conjunctivus *sit*. Sed «sine durtia quadam *sit* abesse hoc loco non potest; est enim: *sit* re vera tantæ curæ, quantæ *conveniat* esse; itaque quia maiore vi dicitur, *sit* eleganter primo loco positum est»; i. e. ipsa oppositio, quæ h. l. adest, non patitur omitti. Ita fere ille rectissime argumentatus est. In sequenti interrogationis membro mutata est levi anacoluthia orationis forma, ut pro obliqua recta sequatur, quod constat sæpenumero fieri. Neque tamen anacoluthiam i. e. sermonis quandam negligentiam hoc loco vere adesse contenderim. Nam cum sæpe in altero interrogationis membro id ponatur, quod ad credendum vel suspicandum is, qui interrogat, propensior est, id haud dubie manifestius significatur ipsa recta orationis forma. Post *Munatius* ergo pleniore interpunctione (vel:) oratio distinguenda est, ut magis sejuncta et quasi subita sit sequens interrogatio. Si quis vero externæ modo sermonis formæ ratione habita contenderit, ita *sit curæ* ergo esse singulam interrogationem, et in tali, si aliunde pendeat, semper opus esse particula interrogandi, ei quoque habeo, quod respondeam. Nam aliter ac præcipiunt Grammatici (ex. gr. Madvig. § 450 in fine: *simplicem (non disiunctivam) interrogationem obliquam semper significandam* (sc. *particula interrogativa* ex superioribus haud dubie supplendum est), fit id sane interdum, ut nulla addatur particula pendenti simplici interrogationi. Ita Ter. in *Heautont.* 3, 1, 45: *Estne ea intus. Ch. Sit, rogas?* cf. ibidem 3, 5 (al. 4, 1),

30: *prosit, obsit, nil vident nisi quod lubet*, et Plant. Asin. 2, 4, 59: *sit, non sit, non edepol scio*, quibus in locis in utroque interrogationis membro deest particula, peculiari Asyndeti forma in aperta notionum oppositione. Gaius Comm. 4, 44: *qualis est, qua quæritur, aliquis libertus sit*. In hisce locis solo coniunctivo simplex obliqua interrogatio indicatur¹⁾.

Qui sequitur locus (*an male sarta gratia nequiquam coit et rescinditur*), eum ab omnibus ad unum interpretibus male intellectum et explicatum contendere ausim. Si quæritur, unde imago h. l. petita sit, recte non dubie plerique interpretes statuerunt derivandam esse ex vulnere hiante, quod ut sanetur (*coeat*) consuendum est (*sarciendum*). Eo ducunt verba *coire* et *rescindi*, quæ de vulnere sæpius dicuntur. Unus, quod sciam, Broukhusius ad Tibulli quendam locum ex veste sarta derivavit (Iuvenalis 3, 254 *scinduntur tunicæ sartæ*), ductus haud dubie vocabulis *sarta* et *rescinditur*, quod utrumque sane de vestimentis dici potest. Sed *coire* tamen de veste dici nequit. De Baxtero non loquor, in cuius adnotationibus repetitis in editione Gesneri, qui, longe subtilioris iudicii, suam sententiam h. l. non interponit, metaphora a re vestiaria petita dicitur, dein *coire* proprie dici et vulnera et vestium suturas contenditur. *Sarcire* sane concedendum est de sutura vulneris non proprie dici neque eo sensu apud medicum Celsum deprehendi crediderim; nam quod Celsum ex libro 7 cap. 8 testem citat Orellius, is eo loco de membro curto i. e. cui aliquid deest, quod sarciendum est, loquitur (æque negligenter et falso idem Orellius de sutura vulnerum citat tanquam verba Celsi ex 5, 6 (mendo ipsius aut typographi pro 26): *assuere acu vulnera*;

¹⁾ Huc non traham vulgarem illam formulam populi in comitiis rogandi: *vellent, iuberent*, quanquam eo tendit glossariorum consensus in eo, ut *rogatio* in talibus locis *interrogatio populi* intelligenda sit, et Ramshornius, haud bonus sane grammaticæ rationis auctor, Liv. 21, 17, 4 *latum inde ad populum, vellent, iuberent* (Pall. 2 et alius codex: *iuberentne*) *populo Carthageniensi bellum indici*, inter exempla interrogationis pendens affert. Nam ut statnam, verbum *rogandi* in talibus locis non *interrogandi* sed *precandi* vel *petendi* vim habere (cf. Fest. p. 282 M. s. v. *rogat*), facit non tantum, quod satis frequens dicitur: *rogationem tulit, ut*, sed locus etiam A. Gellii V, 19, 9, qui ipsam rectæ orationis formulam habet: *velitis, iubeatis*, ubi si vere *interrogaretur* populus, Indicativo (*vultis, iubetis*) non Coniunctivo locus esset. (In Livii quoque loco, lib. 22, 10, 2, ubi vulgo: *velitis iubeatisque*, non dubie *ne* soloeccum est).

loquitur vero Celsus de fascia s. ligamento cujus *extrema pars inferioribus acu assuenda* est (ne «nodus vulnus lædat»). Ceteroquin sutura vulneris et ibi et satis sæpe a Cælo memoratur. Potuit vero Horatius, non medicus homo, vocabulo latioris significationis (*sarcire* est integrum facere, reficere, reparare, quæ rupta, quassa, scissa sunt), quod vocabulum de vestimentis omnis generis proprie dicitur, sensu non ancipiti de vulnere, sutura curando (sammenflikke), suo iure uti. Verbum *coeundi* haud dubie proprie in arte medica dicitur de vulnere, cujus oræ, dum consanescit, iunguntur (coalescunt), ita ut vulnus jam clausum cicatricem ducat (obducatur) (cf. Veget. 3, 27, 2 *vulnera ad cicatricem coeunt*); quo dicendi genere figurate sæpe utuntur poetæ; ita Prop. 4 (al. 3), 24, 18 *vulneraque ad sanum nunc coïere mea*. Ov. Trist. 4, 4, 41 *neve retractando nondum* (ϖ: plene) *coeuntia rumpam vulnera*. Aliquanto latiori sensu non vulnera tantum, sed etiam fracta et luxata membra, quæ in pristinum sanum statum redeunt, *coïere* ϖ: sanari dicuntur. Ita sæpius Celsus (ex. gr. 8, 8 in. *recte coïere* (de iugulo fracto); ibid. infra: et *os coïere* et *vulnus sanescere*. Plin. Epp. 2, 1, 5 *coxam fregit, quæ parum apte collocata, reluctantæ ætate, male coïit* (i. e. non coïit; mortuus enim est homo); in universum dein significat idem atque *sanari*, ut in Seneca ben. VI, 26 (de homine priores iniurias beneficiis compensante): *non vulneres me, malo, quam sanes. Potes inire gratiam, si, quia vulneratus sum, sanas: non si vulneras, ut sanandus sim. Nunquam cicatrix* (cf. Senecam alio loco: *in sapientis quoque animo, etiamsi vulnus sanatum est, cicatrix tamen manet*), *nisi collata* (i. e. comparata) *vulneri, placuit: quod ita coïsse gaudemus, ut non fuisse mallemus*. Similiter Ovidius quoque Tr. 5, 2, 9:

Quæque mora spatioque suo coitura putavi

Vulnera non aliter, quam modo facta, dolent.

Rescindi, ut hoc quoque tangam, sæpius vulnera translato præcipue sensu (*luctus, dolores* «oprippes») dicuntur, quæ incaute (non consulto) tangendo rumpuntur, refricantur, quorum cicatrix avellitur, quæ ergo ita renovantur et recrudescunt; simili sensu *rumpere* et *refricare* ponuntur. Ita Plinius Epp. 7, 19, 9 (de imminente feminæ, ei percaræ, morte, qua amissæ prius matris, itidem ei caræ, memoria renovabitur): *meque et novo pariter et rescisso vulnere afficiet*.

Ov. Tr. 3, 11, 63: Ergo quicumque es, rescindere vulnera noli

Deque gravi duras vulnere tolle manus».

Ov. Met. 12, 542 seq. Quid me meminisse malorum

Cogis et obductos annis rescindere luctus?"

i. e. recordando renovare.

Florus 3, 23: *ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.*

Rescinduntur ergo vulnera, quæ quavis de causa (non dubie etiam ob internum ulcus) denuo aperiuntur et recrudescunt (bryde op igjen). Cicero sæpe simili fere sensu verbo *refricandi* usus est (*vulnus, obductam cicatricem, desiderium et dolorem refricare*).

Gratia vero, quæ interdum sane media vox est (*bona, mala gratia*), plerumque in bonam partem accipitur de mutua inter duos amicitia; sed hoc loco, ut vulneri, cui in imagine adæquatur, respondeat, intelligenda est: imminuta, læsa, *distracta gratia*.

Hisce ergo de singulorum vocabulorum usu præmissis, videamus, quomodo hunc locum explicarint interpretes. Apparebit non dubie errorem de vera verborum construendorum ratione, verborum ordine quodammodo adjutum, inde a veteribus scholiastis propagatum obstitisse, quo minus sanus ex hoc loco sensus erueretur. Nam qui interpretes locum explicare conati sunt (complures enim prorsus silent), ii vocabula vicina (*male sarta, nequiquam coit*), quod sane in promptu erat, iungentes, dein in ipsa illa iunctura offenderunt et hærent, et id quidem iusta causa. Nam cum *coire*, ut supra ostendi, *vulnus* dicatur, quod sanatur, vel quod appropinquantibus paulatim oris in eo est, ut consanescat, id si vere fit, non potest *nequiquam* (i. e. frustra) fieri; neque si vere *coit* vulnus, id *male sartum* est (h. l. *consutum*), neque sane eodem tempore *rescinditur* (i. e. rumpitur, oræ ejus inter se discedunt). *Nequiquam coire* ergo vulnus non dici potest, si vera vocabulorum vis retinetur. Quare ad id recurrerunt veteres scholiastæ, ut *nequiquam* contenderent h. l. esse simplicem negationem (*non*); exemplis tamen probari nequit, unquam eo sensu positum inveniri (cf. contra Festum: *nequiquam significare idem quod frustra plurimis auctorum exemplis manifestum est*). Mire et ridicule huc illi pro exemplis allegant Virg. Æn. 2, 546 *Et summi clypei nequiquam umbone pependit*; speciosius sane Virg. Æn. 12, 633: *et nunc nequiquam fallis dea*, ubi tamen facile apparet, præsens *fallis* dici de voluntate (conatu) *fallendi*. Id solum scholiastæ recte intellexisse statuendi sunt, *coire* h. l. idem esse ac *consanescere*. Sed magis etiam mirandum est eos interpretes, qui

illam particulæ *nequiquam* interpretationem rejiciant, nihilominus eundem vocabulorum nexum probare. Singulorum vocabulorum vim parum curantes difficultatem se ipsi celasse videntur. Obbarius, ut *nequiquam coit* interpretetur, tali usus est verborum ambage: «curatio significatur, quæ, quia vulnus male sartum est, aliter ac speratur, effectu caret». Quæ qualem singulorum vocabulorum explicationem habent? Unde illud: *aliter ac speratur?*

Düntzerus præsens tempus *coit* de conatu intelligens vertit: «vergebens will sie heilen»; sed non advertit, vulnus non posse in eo esse ut coeat, et eodem tempore *rescindi* i. e. rumpi, h. l. ob internum ulcus, quod impedit, quominus vulnus vere coeat (∴ vulnus *ἔπυλον*). Orellius ad nudam particulam *nequiquam* repetiit inversa aliquantum Obbarii verba, supra posita: «Ita ut curatio, quam exspectabamus, effectu careat» (Düntzeri sententiam de verbo *coit*, ut videtur, secutus). Sed ratio, qua totum hunc locum Orellius intellexit, dilucidius fortasse apparet ex antecedenti ejus adnotatione (ad: *male sarta*): «Imago desumpta est a vulnere ideo rescisso quia ejus margines non recte con-suti sunt a chirurgo»; si tamen recte ejus adnotationis sensum percipio. Videtur enim saltem talem rei imaginem sibi informasse, ut cogitet, vulnus *ἔπυλον*, quia ob internum ulcus non plene possit coire, sed modo externa superficie claudatur sive, ut cum Celso loquar, «modo oræ vulneris se glutinarint», a chirurgo ipso consulto, ut ei medeatur, rescindendum esse (scalpello); ut ergo proprio prorsus sensu et *coire* et *rescisso* intellexerit. Si vero talem ex vulnere sanando petitam imaginem sibi cogitarit Orellius, quæ fortasse cogitari potest, vix vero a Celsi usquam memoratur, sat erit ei obiicere, quod tum dicendum erat: *et rescindendum est* (non: *et rescinditur*). Et porro sane quærendum est, quomodo illa peculiaris vulneris curandi ratio ipsi illi rei, quæ tali imagine illustranda est, congrua sit; nam non dubie iustos metaphoræ fines excedit. Si vero supra: «*vulnere ideo rescisso*» figurate dixerit Orellius (*coire* nihilominus proprie de extremis modo vulneris marginibus coeuntibus intellexisse statuendus est), ut sit: quod sponte (i. e. ob internum ulcus) rumpitur (bryder op igjen), idem, quod Düntzerianæ rationi obiiciam, non fieri posse, ut eodem tempore vulnus vel extrema superficie *coeat* et *rumpatur*. Quod si ergo jam, ut spero, apparet *nequiquam coire* neque de vulnere neque h. l. de duorum hominum gratia i. e. disrupto amicitiae vinculo recto sensu dici posse, id solum restat recte concludendum,

verba tali modo iuncta sano sensu carere et aliter iungenda esse, ut rectus sensus prodeat. Et tollitur quidem omnis loci intelligendi difficultas, si modo *male ad coit*, *nequiquam ad sarta* retulerimus; vulnus enim, quod *male coit* (i. e. ut in illo Plinii loco Epp. 2, 1, 5 «*coxa fracta male coit*», *non coit*, sicut *male* sæpius negationem indicat), id sane *nequiquam* (o: frustra) *sartum est*. At enim ordo verborum a simplici ratione sic nimium immutatus est et tali vocabulorum nexui obstat. Audio: sed ipse verborum ordo in poëtis sæpe liberrimus est et metro sæpissime audiens; et observatum velim, verba, quibus Horatius usus est, per metrum non licere ullo alio ordine ponere; et addiderim in illo ordine nihil ambigui esse ideo, quod nemini Romano lectori *nequiquam coit* iungere in mentem venire posset.

Utut est, imago in hoc loco male intellecta ipsam rem, quæ illa imagine illustranda erat, obscurare tamen non plane potuit. Sed in iis, quæ sequuntur ad finem usque, plerique editores et interpretes (Orellius, Obbarius, Schmidius, Hauptius, Kruegerus) aliquantum magis a vero verborum Horatii sensu aberrarunt; hæc omnia enim unius enuntiati tenore comprehendentes, omnia in unius orationis complexum iungentes, ad grammaticam verborum et enuntiatorum rationem non attendunt, neque, quæ vera sit verborum quæve enuntiatorum sententiarumve inter se relatio, curarunt aut explicarunt. Tædet sane ineptissimam Orellii explicationem, totius sententiæ implicationem verius dicendam, accuratius excutere, quam Düntzeri saniori, quamquam non satis accuratæ neque in singulis satis demonstratæ, opposuit; pro exemplo tamen plenius eam refellere conabor. Toti loco hæc præmisit: *At vos &c.* «Cum magis timeat, ne etiam nunc inter se discordes sint, graviter eos castigat et adhortatur ad reconciliationem gratiæ hac allocutione *At &c.*» quæ sane haud absurde sonant, modo cetera iis congruerent et ex singulis talem sensum extricasset. Sed priora illa (*seu-seu feros*) nihil iam curans, hoc per brachylogiam (?) dici contendit: «Ubicumque nunc (!) vivitis vos, quos minime decet fraternæ amicitiae foedus dissolvere, *hoc scitote* me, qui vos ambos æque diligo, unanimem (?) vestrum reditum exoptare et lato sacrificio celebraturum esse; quo circa etiam mea causa in gratiam inter vos redire, uti spero, maturabitis.» Haud sane necesse erit omnia singula, quæ in hac paraphrasi falsa sunt et sensu carent, cum pulvisculo excutere; quædam

tamen obiter tangam. Ad *ubicunque locorum* superius adnotavit, «Horatium sic redire ad quæstionem initio epistolæ motam de certo commorationis eorum loco», et hic infra additamento usus est: «ubicunque *nunc* vivitis vos», quasi *præsens* secessus eorum locus, Horatio ignotus, ad rem, de qua agitur, aliquid faceret; ne de *unanimi* (?) *reditu* dicam, qui modo *coniunctus* significatur. Neque magis in Obbarii explicatione diu morabor, qui tamen antecedentium sensum (seu-seu) primum recte percepisse saltem videtur, quæ vero sequentium sententia tali initio congrua esset, dein non vidit; (talem enuntiatorum nexum is constituit: «At, quidquid vestram discordiam sive fervor sanguinis sive inscitia rerum genuit aluitque, ubicunque locorum vivitis vos, quorum generosæ indoli naturæque parum convenit amoris vinculum dissolvere, ego vestrum in (?) reditum diis vota solvam» perversissimo sive potius nullo sensu). Non vere percepisse Obbarium priorum enuntiatorum (*seu-seu*, et *ubicunque* &c.) vim facile apparet ex eo, quem constituit, sententiarum nexu. Quomodo enim cohærent, quomodo in unum sensum coire hæc possunt: «quidquid vestrum discordiam genuit . . . ubicunque vivitis vos (!), quorum &c., ego vestrum in reditum diis vota solvam»? Ut talia interpretamenta refellantur et verus enuntiatorum nexus et sensus appareat, opus est de grammatica constructione et enuntiatorum vi et mutua relatione accuratius inquirere. Ut hoc ergo primum moneam, quod in plerisque artibus grammaticis non observatum crediderim, illa enuntiati forma, quod duplici particula *sive* (*seu*) inducitur, sæpius ad enuntiati concessivi vim et notionem prope accedit; id fere discrimen est, quod illud magis in universum (sensu magis *generalî*, ut hoc verbo utar) indicat, nihil omnino obstare, quo minus hoc vel illud ita sit, enuntiatum autem vere concessivum certum aliquid indicat, quod non obstat, quo minus aliquid fiat aut ita sit. Particulis *sive-sive* tali sensu adhibitis interdum duæ res prorsus adversæ inter se opponuntur; interdum sequitur quoque particula *tamen*; cf. Cic. ad Div. 12, 2 extr. «Qui sive referent ad me, sive non, mea tibi tamen benevolentia fidesque præstabitur» (sane ex correctione ita legitur, iusta tamen, quia quæ in Codd. est lectio: *qui si ne ad me referent*, et soloeca est et sensu caret; Kielsen in sell. Cic. epp. edidit: *qui sive ad me referent, sive non referent*). Cic. de fato 12: *si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non, convalesces*; (sequitur contrarium,

utrobique *sive-sive* est: *quidquid feceris*). Cic. ad Att. 12, 12 extr. *quare sive habes aliquid, sive nil habes, scribe tamen aliquid et te cura*. Interdum, ut hoc loco, modo singula quædam per Synecdochen ponuntur, cum plurima enumerari possent, ut hoc dicatur: *quovis casu* (quidquid est). Recte ergo enuntiatum *seu-seu* &c. hoc loco vidit Obbarius idem esse ac: "*quidquid* vestram discordiam genuit &c.", quid vero inde sequeretur, et quo pertineret, non vidit. Id ergo h. l. dicit Horatius: "*Quidquid vestrum concertum dividit vel sit quidvis quod v. c. dividat, sit quævis discidii causa*. Similis est vis enuntiatorum, quæ a relativis vocabulis (pronominiibus, adverbiiis) infinitæ notionis (*quisquis, ubiubi, ubicunque, utut v. utcunque* &c.), si tamen nullo grammatico vinculo (i. e. vel posito vel intellecto demonstrativo vocabulo) cum enuntiato superioris ordinis cohæret¹⁾. Sæpius hæc quoque enuntiatia *tamen* excipit. Exempla sunt: ex Cic. de or. 2, 62, 252: *nam quod, quibuscunque verbis dixeris, factum tamen est, re continetur*; ex Ter. Phorm. 3, 2, (al. 5), 46: *Sed utut hæc sunt, tamen hoc faciam* (similiter Pl. Bacchides 5, 2, 73: *Illud utut est, etsi dedecorum est* (quod pro Epexegesi additur), *patiar*; ex Ter. Phorm. 5, 8 (al. 7), 10: *heus, quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi esset fides*. Utrumque ergo illud enuntiatum (*seu-seu* &c. et *ubicunque* &c.), alteri alterum nulla particula copulativa adiunctum et ita majore vi et vehementiori affectu prolatum, oppositam aliquam sententiam desiderat. Ea vero in Orellii et Obbarii explicatione prorsus non apparet. Pronomen *vos* uterque et Orellius et Obbarius videntur pro simplici subiecto enuntiativi relativi longe inferius sequentis (*ubicunque vivitis vos*, uterque iungunt) cepisse, obstante prorsus vocabulorum recto ordine neque minus ipsius illius enuntiativi natura, cui minime opus erat addito illo pronomine *vos* pro subiecto, quod iam inest in verbi persona, cum nulla ullius emphasis causa adsit. Nihilominus vero Orellius, cum interposuerit *hoc scitote*, eodem tempore in pronomine *vos* haud dubie de Vocativo cogitasse statuendus est: "*At heus vos — pascitur*" &c. quod quam ridicula orationis forma diceretur, apparet. Utut vero hoc est, fugit utrumque et omnes non dubie interpretes et editores, qui uno orationis complexu totum hunc locum usque

¹⁾ Illam horum enuntiatorum vim observavit Kruegerus quidem (Gr. p. 824, A. 2), sed illud discrimen, quod posui, bene notandum, non advertit.

ad finem epistolæ comprehenderunt, particulam *at* æque ac pronomen *vos* initium facere enuntiati alicujus primarii. Ubi ergo illud est? Sane in illorum interpretationibus non apparet. Est vero, quamquam non additur verbum substantivum, non dubie, quod infra sequitur: *indigni fraternalum rumpere foedus*, cujus prædicati subiectum est illud in initio præmissum pronomen *vos*, huic enuntiato prorsus necessarium, cum in *ubicunque vivitis* prorsus ex abundanti adderetur.

Nulla facile frequentior est brevilocquentia, quam omissio verbi substantivi indicativo præsentis temporis modo in adiectivo prædicato (cf. Madv. § 479 a), imprimis post gravissimam illam adversativam particulam *at*, quam, cum est indignantis vel acriter increpantis et moventis, sequitur aut imperativus aut interrogatio aut declarativa, ut hoc loco, exclamatio.

Huic ergo enuntiato primario (*At vos — indigni*) recte interseruntur duo illa inferioris ordinis enuntiata, quæ tali concessiva vi, quam supra exposui, referuntur ad sequens prædicatum: *indigni*. Neque vero vis ipsius adversativæ particulæ *at* in illis explicationibus, quæ feruntur, usquam apparet. Iam supra monui in altero illius interrogationis membro: *an — rescinditur*, particula *an*, ut sæpe, ipsius interrogantis vel opinionem vel suspicionem induci. Satis manifestum talis particulæ *an* significationis exemplum adest in Iuven. sat. X vv. 98—104 «hujus qui trahitur prætextam sumere mavis, an Fidenarum — esse potestas — et vasa minora frangere pannosus vacuis ædilis Ulubris? ergo quid optandum foret ignorasse fateris Sejanum»; ergo i. e. *cum hoc posterius affirmes, mihi assentiaris — ipse fatearis &c.* In illo primario enuntiato: *At vos indigni (sc. estis)* vos ergo Nominativus est; et idem pronomen Accusativo casu intelligendum est in sequenti inferioris ordinis enuntiato (*seu-seu*) pro obiecto verbi *vexat* et ad eum intellectum Accusativum refertur Appositio, quæ sequitur, *feros*. Mirari vero sane licet illos omnes interpretes et editores, qui hæc omnia unius enuntiati forma et tenore complectuntur, non vidisse sequens adiectivum (*indigni*), quod ex eorum constructione æque atque illud *feros* appositum est obiecti, soloece sic nominativo efferrî, cum tamen, sicuti *feros*, ita dici quoque opus esset: *indignos*; nam nullo sensu ad relativi enuntiati verbum referri posse (*ubicunque vivitis* tanquam *indigni!*?), id cuius facile apparet. Hæc ergo exit hujus loci sententia: «At, quidquid vestrum fecit discidium, ubicunque locorum vivitis (i. e. sive una estis sive loco divisi sive a mu-

tuis amicis remoti) ergo: nullo casu et nusquam debetis (debet vos) rumpere fraternæ amicitiae vinculum». «Men, hvad der end er kommet imellem Eder, hvor i Verden I end befinde Eder, bør I aldrig bryde Eders broderlige Venskabsbaand.» Addit Horatius, quo sui erga utrumque amoris testimonio facilius eos ad gratiam denuo ineundam commoveret, se pro utriusque re-ditu una votiva iuuenca sacra esse facturum i. e. æque se utrumque diligere, ut hoc saltem vinculo contineantur.

Bentleius in nostro loco pro *at* — qua particula, falso sane, contendit «interrumpi sententiæ filum» ex quibusdam codicibus substituit *ac*, qua particula is priorem interrogationem continuavit usque ad *feros*; Bentleio vero recte hac in re non obtemperarunt sequentes. Nam haud dubie ita antecedentis interrogationis vis infirmatur, neque satis recte ita de duabus solum dis-cidii causis quæritur, cum multo plures saltem cogitari possent. Ego vero ideo hoc memoro, quod ita duo interrogationis membra iungens Bentleius necesse est sequentia enuntiata eodem modo dividerit, ut supra feci (modo commentarius Bentleii, in quo de sequentibus siletur, non editio ejus mihi ad manum fuit).

Mihi, quamquam sæpius tædio affecto, dum ea exponenda erant, quæ per se cuivis elucere debere videntur, tamen operæ pretium visum est semel, uno saltem exemplo, accuratius demonstrasse, quo usque ferat illud interpretationis genus, quod sæpissime Orellius, sæpe etiam Obbarius, Schmidius, alii secuti sunt, cui nulla recta et accurata grammatica ratio et constructio subest. —

Hor. Ep. 1, 7, 24 *Dignum præstabo me etiam pro laude merentis*. De hoc loco, quam potero, breviter disseram. Nam ineptas quorundam (Orellii, Obbarii aliorumque) periphra-ses et de *laude* hariolationes libenter tacebo. De usu et sensu *præpositionis pro* inprimis hoc loco dissentiunt interpretes, in qua recte intelligenda haud dubie rectus loci intel-lectus vertitur. Mirandum vero sane est, hominem sanissimæ mentis Jo. Math. Gesnerum, qui tot Baxteri, cujus editionem repetiit, errores feliciter correxit, cum divinatione quadam unus, ni fallor, rectum hujus loci sensum primum vidisset («dignum me præstabo beneficiis tuis Mæcenas, ut tu lauderis digno tribuisse»), dein de vi præpositionis *pro*, unde tamen pendet ille sensus, prorsus errasse (poni contendit, ut Lucr. 5, 2 *dignum condere carmen pro rerum majestate* —; quod, nisi absolute prorsus ibi ponitur *dignum*, dicitur confuso duplici dicendi genere, sal-

tem nihil huic loco simile habet) et *pro laude* explicasse: *qualem requirit laus* (?) *bene de me merentis*; qui error traxit sequentes, Orellium, Schmidium, idem verbo tenus repetentes (Orellium epexegesi addentem: *id est laus et virtus tua*, quæ verba retinuit Obbarius). Contrarium fere accidit Handio, qui postquam (in Turs. 4, p. 580. 586) de vi præpositionis *pro* ex sermonis usu ea attulit, quæ ad nostrum locum, quamquam de eo non cogitat, prorsus faciunt, falsa tamen i. e. quæ diversæ significationis sunt, intermiscens, dein de hoc loco disputans (ibid. 4, 587) a vero egregie aberravit et locum mirificissima interpretatione magis modo implicavit: «Non respicitur laus Mæcenatis, sed dixit Horatius *pro laude merentis*, ubi dici poterat *pro laudis merito* (??) sive *pro eo, quod tu me laudem mereri censes*» (??).

Præpositio *pro* ergo, quæ sæpissime defensionem significat, inde, ut videtur, paulatim translata in iis ponitur, quæ iuvant (hominem vel rem), quæ in ejus utilitatem et commodum sunt vel fiunt (cf. *ob rem facere* Sall. Jug. 31, 5); quæ si de hominibus dicuntur, interdum proxime accessit præpositio ad vim dativi, qui dicitur commodi (*til Fordel for*). Ita Tac. Agr. 12 *nec aliud pro nobis utilius*; Liv. 39, 30, 3 *loca et genus pugnæ pro hoste fuere* (i. e. hosti opportuna); id. 9, 24, 8 *locus pro vobis et nox erit*; id. 35, 15, 9 *quæ pro causa essent* (hoc sensu præsertim in oppositione ponitur: *pro — contra*, ut Cic. de or. 3, 20, 75 *hoc — non modo non pro me, sed contra me est potius*). Sall. Jug. 39, 1 *pars dolere pro gloria imperii* et Cic. finn. 1, 7, 24 *ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria et pro suis suscipit*, præpositio, ad extremum utique vocabulum (dolorem) relata, idem fere (ut in illis affectuum adiectivis: *securus pro, anxius pro*) valet atque nostrum: *paa — Vegne* (proxima quoque est nostræ dictioni: *for — Skyld*); simile est Anthol. 4, 142 *nec pro me queror hoc*. In quibusdam de vera relatione dubitari posse videtur, ita in Curt. 3, 1, 7: *pro fide* (sc. servanda?) *morituros*. In illis: *pro salute, incolumitate principis vota suscipere* manere videtur significatio illa mutationis, qua pretium pro merce solvitur (c: *vota solvenda pro impetrata s. v. i.* cf. Hor. Carm. 3, 29, 59: *votis pacisci, ne &c.*, ut in illis quoque Virgili *Æn.* 5, 230 *vitamque volunt pro laude pacisci* et ibid. 12, 49 *letumque sinas pro laude pacisci* (illud: sætte Livet ind — *paa Spil — for Æren*). In his tamen iam proxime accedit præpositionis usus ad illam

causalem rationem, qua refertur non ad rem præsentem (v. actionem anteactam) sed ad rem futuram, obtinendam v. perficiendam; in qua indicanda frequentior est sane præpositio *ob*, contiguæ sed longe angustioris significationis, (addito vel non addito Gerundivo: *ob rem iudicandam pecuniam accipere* (Cic. Verr.), *ob expellendum urbe Ciceronem — in adoptionem se dedit P. Clodius* (Suet. Tib. 2), brevius: *ob præmium, mercedem, suum emolumentum facere aliquid*), rarior vero, *ob* multiplicem et ita facile ambiguum significationem, præpositio *pro*. Ita ea consilium significatur in Cic. off. 3, 5, 25: *pro omnibus gentibus, si fieri possit, conservandis aut iuvandis maximos labores molestiasque suscipere*. Uterque supra explicatus præpositionis usus in nostro loco fere eodem redit; posteriorem tamen (*pro laude* sc. promovenda) veriorem puto. Maiorem dubitationem habet *merentis*; crediderim tamen iure plerosque ita interpretari, ut sit *merens* h. l. idem ac *bene* (de me) *merens*; quanquam *talem* absolutum usum non manifesto demonstrant, quæ pro ea interpretatione afferuntur exempla: Virg. Æn. 6,664 *quique sui memores alios fecere merendo* et Prop. 5 (al. 4), 11, 101 *sim digna merendo, cujus honoratis ossa ferantur equis*; utroque enim loco *merendo* simplicius ita intelligitur, ut sit idem ac *meritis* in universum. Sed nostro loco neque necesse erat *bene* adderetur (et relatio: *de me*), et in monumentis sepulcralibus, ubi sæpissime legitur *merens* pro Adjectivo et variatur inter: *merenti, bene merenti* (ex. gr. *patrono suo*), *bene de se merenti* et bis terve *merentissimo*, id vocabulum tali, ut videtur, absoluto sensu ponitur. Quo sensu *laus merentis* dicatur, optime haud dubie explicat alius Horatii locus Epp. 2, 1, 246 *munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt dilecti tibi Virgilius Variusque poëtæ*, ubi *laus* non, ut cuidam (Huthio apud Obbar. I, p. 360) placuit, est, quæ tribuitur Augusto ab illis, munera ejus accipientibus, sed publica hominum laus, munera illa in dignos collata probantium; sic h. l. quoque de ea laude cogitandum, quæ vulgo tribuitur ei, qui dignos beneficiis affecerit, quæ laus excitet ad beneficia in alios quoque dignos conferenda (dum diverso eventu deterrebitur). Præterea observabo contra Orell. *etiam* in hoc Horatii loco non idem esse ac *quoque* (iungit is: *etiam me*, ut sit: *me quoque*); distinctionem edit. Bentleianæ, ante *etiam* interpungentis (locum ipsum non tetigit B.), sane non necessariam, cui interpretationem, nescio unde arreptam, in summa unice veram, subdit Orellius: «etiam propterea, ut collaudetur

ab aliis is (quem dignis favere vident?)», reiiciendam (et distinctionem et illam interpretationem) «*vel propter cæsuram*» censuit. (Schmidius retinens, ut Orell., errorem Gesneri de præpositione *pro* (*pro laude merentis* «i. e. *qualem* requirit laus bene de me merentis») addidit dein, ad veram fere sententiam forte fortuito delatus, de iisdem verbis (*etiam pro laude merentis*) exponens: «nicht blos zu meiner Ehre, sondern auch zu deinem Lobe werde ich mich deiner Wohlthat würdig zeigen» quasi hoc prorsus idem esset atque illud).

Hor. Ep. 1, 9, 11 *frontis ad urbanæ descendendi præmia*. Minus sane vexatus est hic locus interpretum disputationibus in diversa abeuntium, quam multi alii (ex. gr. illi: in ep. 2, 34 *si noles sanus, curres hydropicus* et ep. 7, 24: *dignum præstabo me etiam pro laude merentis*); satis tamen de hoc quoque dissentiunt, inprimis de sensu, quo ponitur *præmia* et independentis Genitivi (neque solus D. Heinsius de significatione *urbanæ frontis* a ceteris discessit). Non omnes interpretum miras sententias h. l. refellere in animo est. Tantum pro exemplo Düntzeri interpretationem (de Obbarii silens) apponam: «*Præmia urbanæ frontis* ist nicht der Preis, den die Dreistigkeit gewährt» (?erlangt?), «sondern nach einem häufigen Gebrauch des Genitivs (Obbar. ep. p. 214 seqq.) ist die Dreistigkeit der erlangte Preis selbst; er ist auf den Kampfplatz getreten (*descendi*) um sich die Dreistigkeit als Preis zu erkämpfen. Also, er hat es gewagt sich die Dreistigkeit seines Freundes wegen zu erkämpfen — denn sie ist wider seine Natur — ihn dem Tiberius zu empfehlen». Vere quæritur hoc loco de vi et constructione verbi *descendo*. Significat *id* ergo translato sensu: *ad aliquid se accommodare, se demittere vel: invitum et quasi coactum ad rem aggredi*, quæ molestiam, tædium, incommodum, periculum habet «gaa ind paa, beqvenne sig til, indlade sig paa», *cujus translatae significationis in glossariis sat multa exempla adsunt; sequitur vulgo: ad aliquid, raro in aliq.* (Virg. *Æn.* 5, 782 *cogunt me preces descendere in omnes*), semel (i. a Statio) Infinitivus. Id vero, *ad quod descendimus*, est aliquid, quod ipsi agimus, aut saltem, quod patiendum accipiendumve suscipimus (ex. gr. *ad aliquam conditionem descendere* Cic. ad fam. 8, 8 sub fin.). Quæ sunt dein: *præmia urbanæ frontis*? Cum *urbana frons* recte haud dubie a plerisque intelligatur: *frons perfrieta* (opposita fere: *pudori pæne subrustico*, quod apud Ciceronem est), v. infra: *pudor depositus*, ut sit h. l. ergo:

impudentia s. *summa audacia in petendo*, præmia talis in petendo impudentiæ haud dubie ex vulgari rerum cursu intelligenda sunt (*præmia* in malam partem) de repulsa, quam fert homo impudenter aliquid petens; neque sane audiendi sunt, qui contendunt (ut Schmidius), impudenter aliquid petenti sæpius concedi, quam verecundo in petendo homini. Cum præmia vero factum aliquid vel rem gestam sequantur et *futura* sint, id hoc loco in verbo *descendi* difficultatem movet, quod sequens *ad præmia* eodem modo, ac si additum esset Gerundivum (*ferenda, accipienda*) consilium (v. eventum) rei agendæ, non, ut in vulgari verbi constructione, ipsam rem, quam inviti vel coacti suscipimus, significare videtur, ita ut h. l. ergo propria et solita verbi (*descendi*) relatio prorsus deesset. Licebat sane hoc loco ita interpretari, ut *descendi*, Ciceronis exemplo (Cic. in Verr. 2, 2, 72, 177: *Negas esse factum? placet mihi ista defensio: descendo; æqua enim conditio proponitur*), absolute positum intelligeretur tali sensu: Jeg har gaaet ind derpaa, indladt mig derpaa, beqvemmet mig dertil (∴ at efterkomme hans Begjering), for at faa Løn for min Uforskammethed (∴ Afslag); neque sane scio, quid in universon obstet (quanquam rarius haud dubie fit), quo minus talis remotior verbi relatio (ut h. l. *ad aliquid* d.) æque, atque sæpissime proxima objecti relatio, cum ex antecedentibus facile eluceat, omitti possit. Sed ob vulgarem verbi constructionem facile concesserim ambiguitatem in verbis Horatii ita acceptis adesse. Quare ad id confugiendum est, ut statuamus *ad præmia* h. l. significare id, quod patiendum, accipiendum suscipimus, sensu satis simplici: Jeg har gaaet ind paa at faa (tage) Lønnen for min Uforskammethed (quæ in eo est, quod ob amici preces a Tiberio illud petat); nam in ea dicendi brevitate nihilominus ex toto contextu prodit, *amico obsequentem* paratum esse talem repulsam ferre. Tali loci sententiæ optime respondet, id quod sequitur opposito sensu: *quodsi* (∴ *sin vero*) *depositum laudas ob amici iussa pudorem*. Nam non dubie *quodsi* ita sæpius ponitur in enuntiatorum oppositione cf. ep. 7, 10: *quodsi bruma nives* (opponitur æstatis calori, quem vitat; vere demum vel prima æstate amicum reviset), et 7, 25: *quodsi me noles nusquam discedere*.

Epp. 1, 12, 5—6. *Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil Divitiæ poterunt regales addere majus.*

In hoc quoque Horatii loco inveteratum iam errorem tollere

conabor. Ut vero magis pateat sententiarum nexus, aliquanto plura ipsius Horatii verba statim apponam:

Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci
 Si recte frueris, non est, ut copia major
 Ab Iove donari possit tibi. Tolle querelas:
 Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.

5. Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
 Divitiæ poterunt regales addere majus.
 Si forte in medio positorum abstemius herbis
 Vivis et urtica, sic vives protinus, ut te
 Confestim liquidus Fortunæ rivus inauret &c.

In vs. 5 de recto illorum verborum sensu: «*si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis*» nullam usquam apud recentiores interpretes dubitationem deprehendi. Video enim omnes (etiam Herbst. lectt. Venus. I, p. 16, qui, quanquam locum modo pro exemplo constructionis cujusdam afferens, ad intellectum comparat Epp. I, 2, 47—49 *valeat possessor oportet* &c. et Hor. Carm. I, 31, 17 *frui paratis et valido mihi* &c.) hæc de bona et firma valetudine intelligere ita, ut diversa morborum genera singulis illis corporis partibus enumeratis respici et subindicari putent. In hac interpretatione primum mirari licet, satis angusta synecdoches figura, enumeratione paucarum corporis partium bene valentium, universam hominis bonam valetudinem indicari, cum tot alia membra, morbo affecta, possent illi bonæ valetudini obstare, et saltem concedendum sit non modo simplicius et planius, sed longe rectius in tali sensu pro illa synecdoches figura ipsam rem (bonam valetudinem) Horatium positurum fuisse. Quod vero hæc antecedenti orationi porro ita adnectunt, ut *de suo* suppleant: *ad hæc, præterea*, sim. (Obbarius: «Quodsi *ad ea*, quæ ad tuendam hominum vitam pertinent» — qui ea sola habet, is vere *pauper* est — «bona accedit valetudo»), eum nexum satis ex arbitrio constituunt, et ægerrime haud dubie, si verus esset, in Horatio tale illius nexus indicium desideraretur. Sed, ita illum Horatii locum interpretati, iidem (Or. Obb. Schmid.) contendunt Horatio verba Solonis (in Plut. Sol. 2), quæ in Theognidis quoque frgg. feruntur, observata esse. Versus illi sive Solonis sive Theognidis hi sunt (ut vulgo eduntur):

Ἴσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτι πολλὰς ἄργυρός ἐστι
 Καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία
 Ἴπποι θ' ἡμίονοί τε, καὶ ᾗ τὰ δέοντα πάρεσι
 Γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἄβρὰ παθεῖν.

quorum postrema verba: τὰ δέοντα — παθεῖν ita explicat Coraes: ὄσων δεῖ εἰς τὸ τῆς ἀπὸ τοῦ βρώματος καὶ τῆς ἐνδύσεως καὶ τῆς ὑποδέσεως ἡδονῆς αἰσθῆσθαι. Quid vero simile sit in his versibus illis, quæ illi interpretes Horatium dicentem faciunt, haud facile dixeris, nisi statueris, quicumque auctor *ventrem* et *latera* et *pedes* memoret, eum statim illam Solonis sententiam, ubi eadem corporis partes enumerantur, repetere. Quid ergo est? Neque Horatius id dixit, quod illi eum dicere volunt, neque ex sermonis usu dicere potuit, et non dubie illam sive Solonis sive Theognidis sententiam, quæ videtur et græcis et latinis hominibus in proverbium abiisse, hoc (5) versu respexit. *Bene esse* (alicui) ubi de mera valetudine latine dicatur, velim illi ostendant; equidem ostendam diverso sensu frequentissime poni et diverso sensu haud dubie tritum esse in quotidiano sermone (inprimis pro locutione convivali).

Ita ipse Hor. Sat. 2, 2, 120: *bene erat non piscibus urbe petitis sed pullo atque hædo* (quem locum mirum est citasse Kruegerum, eodem tamen aliis modo Horatii verba interpretantem). Hor. Sat. 2, 8. in. interrogatur: *Ut Nasidieni iuvis te coena beati?* et respondetur: *sic, ut mihi nunquam in vita fuerit melius* et ibid. 18—20 idem fortiori vocabulo dicitur: *sed quibus coenantibus una Fundani pulchre fuerit tibi (levede du hoit, flot), nosse laboro*. Sæpissime ita locutus est Plautus: Pseudol. 4, 7, 34 seqq. . . . *qui se suamque ætatem bene curant, edunt, bibunt, scortantur. Illi sunt alio ingenio, atque tu, qui neque tibi bene esse patere, et illis, quibus est, invides.* Pl. Cas. 2, 3, 38 *ubi illi bene sit, ligno, aqua calida, cibo, vestimentis.*

Trin. 2, 2, 71 (Ritschl.) *quando equidem nec tibi bene esse potest pati, neque alteri.*

Bacchid. 1, 1, 51 *dato, qui bene sit; ego, ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo.*

Mostell. 3, 2, 1 *melius anno hoc mihi non fuit domi &c.* (ubi is sensus a Lorenzo observatur) cf. Most. 1, 1, 52 *quia mihi bene'st et tibi male'st.*

Pl. Pers. 5, 2, 69 *Quiane te voco, bene ut tibi sit* (ad coenam

vocavit) cf. Truc. 2, 4, 92. Pl. Curc. 4, 2, 31 *Quæso ut hanc cures, bene ut sit isti* et ibid. infra v. 33 *ecquid das, quæ bene sit.* Personali dicendi genere Pl. Men. 3, 2, 20 *minore nusquam bene fui dispendio* (supra v. 11 enumeravit: *prandi, potavi, accubui scortum &c.*), item Pl. Truc. 4, 2, 28 (32): *de eo* (argento) *nunc bene sumus tua virtute* («leve hõit») (falso in glossariis affertur Capt. 4, 2, 7 *scis bene esse* (ubi *esse* = *edere, coenare*), *si sit unde*). Simili, angustiore transitivi verbi, sensu Pl. Asin. grex 4. *sibi bene facere* et ibid. v. 1 *suo animo volup facere.* Itidem locutus est Terent. Ad. 1, 1, 7—9 *uxor, si cesses, aut te amare cogitat aut tete amari aut potare aut animo obsequi et tibi bene esse soli, sibi cum sit male.* Vulgarem dictionis usum, quamquam philosophiæ modulo verba metiens, tamen agnoscit Sen. de vit. beat c. 11 in fin., cum, locutus de hominibus, diversas voluptates — mollia lenique totius corporis fomenta, varios odores — luxuriose captantibus, addit: *hos esse in voluptatibus dices: nec tamen illis bene erit, quia non bono gaudent* (apparet, *bene illis esse* idem esse ac *gaudere, frui*). Aliquanto ampliore sensu dicitur Hor. Epp. 1, 1, 89 *bene solis esse maritis* (eos solos vita vere frui) et in illo Pacuvii (Cic. Tusc. Disp. 5, 35) *patria est, ubicunque est bene*, et *bene est* sæpe dicitur eodem sensu atque *gaudeo* (Pl. Capt. 3, 5, 9), vel in illo usitatissimo: *si vales, bene est* (quod falso vertitur apud Freundum: «es steht gut, es geht wohl»).

9, 3 Livius scribere potuit et fortasse scripsit in exsilium verius quam militiam ablegari, i. e. in id, quod verius exsilium vocari poterat quam militia; cfr. ann. ad IX, 7, 6.

10, 2; v. ad XXI, 60, 4.

11, 8 scripsi † In censores ex cod. P. Cur li censores ferri non potest? An in est aberrantis ad falsum illud in plebem?

12, 3. Non magis h. l. quam 9, 13, ubi recte Madv. quod scribendum coniecit, quid aptum esse videtur; habere h. l. non est scire (ut XXVI, 13, 7), sed propriam suam vim tenet. XXXII, 21, 9 quoque quod scribendum; cfr., quae de hac re exposui Emm. Epist. Cic. p. 54 sqq.

12, 9 comma post vitabat delendum; v. ann. ad V, 40, 1.

12, 12 mihi quoque probatur additamentum Rhenani: non iter quietos facere; cfr. 13, 4.

12, 16 scr. in iis; his esset sociis.

12, 17. Minime «mire» prima ante quae fugit positum mihi videtur, ut in apertissima relatione inter se contrariorum (alae primae fugientis et legionis, quae successerat illa quidem cedentibus sociis, i. e. fugienti alae, sed et ipsa terga dederat; v. § 15). Cfr. ann. ad XXXVIII, 38, 8.

13, 4 videtur mihi post estis excidisse particula interruptionem indicans set («dog — jeg forbigaaer»).

14, 9 vide ne Livius scripserit et tam (quemadmodum est tanta corpora) confertam turbam. Ob ictu inter duo membra interpositum bis *a* pro *ā* scriptum est. Temporis notatio (tum) post conglobatae vix necessaria fuit («fordi det i den korte Afstand, paa det nære Hold, ikke var vanskeligt at træffe de saa store og saa tætsluttede Elephanter»).

15, 2 scripsi accepti † set; potest enim set simpliciter ex et natum esse. De hac structura: dediderunt sese elementerque accepti (sine sunt) v. ann. ad XXI, 25, 9 et quae infra ad 28, 13 dicentur.

15, 9 fortasse excidit non momentū post dictū, sed quiddam inter -ue et dic-, aberrando a quid ad dic.

16, 8 scr. interrogante; v. ann. ad I, 8, 3.

16, 10 delendum comma post Tarenti hac sententia: audita oppugnatione Tarenti dies noctesque cursim agmen egit; quum vero festinans —.

17, 6; v. ad VI, 1, 2 et ad XXIII, 43, 13.

18, 6 scripsi hand † facilior in adscensum, incertus, scripseritne Livius facilior adscensu, ut in additum sit aberrando ad sq. in, an facilioris adscensus, ut in pro is scriptum sit eadem erroris causa (cfr. § 15 mollioris adscen-

sus viam) an faciliore adscensu, ut in pro *e* eadem causa scriptum sit. (Ablativo casu Livius vix unquam faciliori scripsit; v. ann. ad I, 8, 3.)

18, 20 post pugnabat colon ponendum, post locus comma («baade — og —»)

19, 9 ex fuisset ad quis et cuias audiendum est esset.

19, 12 notandum vero apud infinitivum ex oratione directa retentum, quemadmodum XXVIII, 9, 8 est se vero ea — discernere patres — responderunt, cfr. XXIV, 37, 10, XXXV, 38, 10, VIII, 30, 11; III, 43, 6 profecto ab suis interfectum memorantes, cfr. V, 15, 9, XXVI, 15, 13. Notabilius etiam Suetonius scripsit Calig. 34: saepe iactavit se mercurule effecturum.

20, 2 recte codd. quidam dett. atque *alter* Hasdrubal; cfr. de hoc Hasdrubale § 3 et 7 Hasdrubal Gisgonis filius, § 4 et 8 Hasdrubal Gisgonis, et de fratre Hannibalis § 5 Hasdrubalem alterum, quod respondet illi Hasdrubal Gisgonis. Excidit facillime Alter post Atque.

22, 11 malim cum edd. vet. scriberent, consulibus permissum (consules ex css. s. cons.)

23, 6 Livius alio verborum ordine dicere potuit in morbos longos magis quam perniciosi vel in longos magis quam perniciosi morbos.

24, 1 scribendumne et fama in dies gravior *esse* et cura crescere patribus? Durius auditur sive *esse* sive *erat*; *esse* facile excidit ante et. Cfr. I, 54, 1, al.

24, 2, quoniam in foro necesse est cum citatis senatoribus coniungere, cum Dukero scrib. in forum; cfr. § 5 senatus in forum citari.

25, 12 scribendumne quia *ad* Lacinium? nisi forte Lacinium non solum promuntorium fuit, sed etiam oppidum. (De XXV, 24, 15 v. ad eum locum; XXVIII, 46, 13 est exercitum admovere Ariminum; sed Ariminum urbis nomen est.)

26, 11 scr. Consentiente Crispino; v. ad I, 8, 3.

27, 9; v. ad XXI, 25, 9.

27, 13 pro ordinem scribendum puto rationem. Excidit RATI post gestAeReI, tum ex ONEM factum ORDINEM. — Ibid. scribendumne scriptam *in* laudatione?

28, 7 verbum, quod est milites, Madvigius ipse satis, opinor, defendit. Neque omnis opera ab ipsis Salapitanis navata narratur; nam «quod roboris in praesidio erat» («circa

portam, qua venturum hostem rebantur»), illi ipsi «milites, qui in praesidio erant» (§ 5) sunt, iidemque sunt illi «vigiles» ad portam, de quibus § 9—11. Milites vix librarius quisquam de suo addidisset.

28, 10. Cur recti Madvigio suspectum fuit? Livius recta saxa (XXI, 36, 1), rectas rupes (XXXVIII, 20, 4) scripsit, Cicero talus rectus, Quintilianus caput rectum; cfr. homines recti, Quinctia recta (Catul.), puella recta (Horat.), senectus recta (Iuven.).

28, 13 suspicor post ad Locrorum solvendam obsidionem, quam excidisse non modo *L.*, sed *urbem L.* Ex Locrorum audire urbem audacius est. — Ibid. in scriptura cod. P. oppugnasset mihi videtur latere, si quidquam, non, ut Madv. suspicatur, oppugnabat est (est iusto longius a profectus distracto), sed oppugnabat set, unde per oppugnasset factum est oppugnasset. Fieri tamen potest, ut, quum casu quodam erratum esset oppugn(ab)as, secunda aliqua manus male addiderit set. (De hac coniunctione: abiit, profectusque v. ad XXI, 25, 9. Sed, si verum est, hanc habet vim, ut prima spes urbis defendendae ex adverso opponatur oppugnationi summa vi factae.)

30, 5 scripsi † ferocioris — gentis. Ferri enim fortasse potest genitivus sive qualitatis, ut gentis idem fere sit, quod generis, sive possessivus («som hørte til et Folkeslag, der —»), quamquam Aetoli ipsi gens fuit (dicitur gens Aetolorum). Ceterum in correctione illa ferocioribus (de-is et -ibus inter se permutatis cfr. Madv. Praef. ad V. IV P. I p. 6) quam pro ingeniis Graecorum gentis, vix gentis inaniter abundat, ubi de Graecorum ingeniis agitur, multoque lenior est quam Madvigiana ferociori (potius ferociore) — gente. — Ibidem offendit non nihil repetitum quam; vide igitur, ne pro altero quam scribendum sit quanta, ex quo post quam facile fieri potuit quam aberrando ab altero *a* ad alterum.

31, 6 fuitne libertatem, quam — («den samme Frihed som —»)?

32, 5 scr. cum Madv. super caput; post-sū excidit su.

34, 9 cum Vossio scr. collegam; ex collegā prave factum collegas, quasi vero Neroni duo collegae dandi fuerint, ac non unus.

34, 14—15 vix apte, ut voluit Madv., inter se iunguntur haec: et — memorantes — annisi omnes — fecerunt.

Cur non recte ad castigabant ipsum apponitur modus castigandi (memorantes)? Castigabant Livium, quum memorarent et (i. e. etiam) Furium revocatum patriam restituisse. Scilicet M. Livius, et ipse quasi ex exilio quodam (voluntario) revocatus (§ 4—5), Camillum imitari debebat. Sequitur recte per asyndeton eventus rei: Annisi omnes — fecerunt.

35, 3, ubi in cod. P. est quae sibi gererentur, veri similis mihi videtur Rhenani scriptura quae res ibi gererentur, ut re post que exciderit, minus veri simile, sibi simpliciter pro ibi scriptum esse. — Ibd. de his: L. Manlius — iret v. ad I, 43, 11.

36, 9 Livius, opinor, non mirum hoc plebeiis ludis biduum instauratum scripsit, sed plebei ludis biduum instaurati, ut § 8 ludos plebeios semel (i. e. unum diem) instauratos. XXXI, 4, 5, si vera scriptura est biduum instauratum est, ad biduum fortasse audiendum eorum, i. e. ludorum Romanorum scenicorum (eo usu genitivi, de quo dixit Madvigius G. L. § 285 a n.; cfr. Liv. XXVIII, 39, 19, XXX, 5, 3, XXXIX, 7, 9); sed vide, ne instaurat UMST ortum sit ex instaurat I SUNT, quod olim edebatur, praesertim post biduum.

36, 12 certe scribendum fuit in Sicilia, in Sardinia, in Gallia de tribus trium praetorum provinciis; sed vide, ne totum hoc: in Sicilia — Gallia interpreti alicui debeat; ubi praetores binas legiones haberent, nihil opus fuit addere post illa (§ 11): A. Hostilio Sardinia, C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia evenit.

38, 3 comma post edixere ponendum erat, non post certam.

41, 8; v. ad XXVI, 19, 11.

43, 6 sine dubio excidit in post ordinariis. XXVIII, 4, 5, ubi in similiter omittitur, additum est extremis.

43, 8 rectius, opinor, Madv. ex hoc: et ipse quid pararet prius membrum fecit, cui respondeat illud: et ut — arcessant, quam Weiss., qui ita explicat: praeter litteras missas simul et ipse («tillige ogsaa selv») senatum edocet; sed omitienda erant commata post conscriptos et pararet («underretter han tillige Senatet baade om hvad han selv traf for Forberedelser og om, at de —»); patres conscriptos, ut haud raro fit, interpositum est inter et ipse et quid pararet. Cfr., quae Madvigius exposuit ad Cic. Finn. V, 16.

43, 10 scribendumne Frentanum, Marrucinum?

45, 5 scribendumne Famam bella conficere (non de uno bello, sed de universis)? Cfr. tamen locus a Gebhardo citatus Sen. Ep. 13, 8.

45, 11 sic supplendum puto: non abscedere ab signis; aberravit librarius ab abs ad abs. De abscedendi verbo cfr. 43, 1; 47, 5 et 11; 50, 4, al.

47, 9 scripsi fessique aliquot † somno ac vigiliis sternunt passim. Somnus, ut sit inclinatio ad dormiendum, per se non Livianum est, addito ac vigiliis absurdum; alius generis Horatianum illud ludo fatigatumque somno. Livius, opinor, scripsit fessique aliquot itinere ac vigiliis sternunt somno corpora passim. Cfr. 48, 16: stratique somno passim — itinere ac vigiliis fessi —. Librarius, quum ab aliquot ad somno aberrasset, omisit itinere.

47, 10 non sine causa Madv. inter lux et viam desideravit prima. Cod. luxiam, post Ux omisso prima U. Sequitur paulo post prima lux transitum opportunum ostendisset.

48, 14, ubi in cod. insistrum est, vereor, ne Livius ipse, ut alibi, in cornibus significandis erraverit scribendo in sinistrum.

49, 1 fuitne id — magister inter aures positum ipsum in articulum — adegit? An vero dicitur dicere potest adigere in re aliqua («drive ind i Noget»)? Suet. Ner. 49 iugulo dativo casu dictum est; in viscera dixit Sil. VII, 626. Cum inter aures positum apte iungi vix potest ipso in articulo. Ex ipsUM quum ante IN factum esset sive ipsu sive ips, scriptum est ipso in articulo.

49, 3 me quoque offendit et abnuentes, hoc uno Livii loco absolute positum, ut Graece dicitur ἀπαγορεύειν = fessum esse, et taedio et labore pro taedio laboris; haud improbabilis Madv. coni. taedio laborem.

50, 9 scr. posset, traheretur. Cfr. ann. ad XXVI, 2, 10.

51, 13, si Bruttios verum est, post angulum addendum est in; sed malim ex Weissenbornii suspicione scribi [Bruttios].

Liber XXVIII.

2, 15 vix magis mira codicis collocatio verborum in Baetica inter ad sociorum animos et continendos interpositorum quam 3, 7 lupi superne ferrei iniecti, 3, 14 addi-

tum erat et triariorum equiti praesidium, 5, 2 Larisam diem ad conveniendum exercitui edixit, 5, 17 mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi, 11, 15 ea sine certamine tota gens in dicionem populi Romani rediit, 17, 15 Percussa enim ex alto vela paulo acriore vento prius in portum intulerunt quinqueremes, XXIX, 26, 4 bellum bello secundum priori ut atrocius Romanis videretur, XXXII, 26, 6 ab ipsis Setinis captiva aliquot nationis eius empta ex praeda mancipia, XXXIV, 60, 2 nemo aptior super tali re particeps esse sermonis poterat (i. e. sermonis super tali re), XXXVIII, 15, 14 vix quinque millium die toto itinere perfecto, XLIII, 19, 5 qua spe celeriore deditio. Cfr. ann. ad XXIV, 49, 5.

3, 2. Scribendumne hic Orongim, 19, 4 Iliturgim? Alia enim ratio Graecorum nominum est, ut Elin, Megalen Polin, al.

5, 1 excidit, ut etiam Ussingius vidit, erant, quod ego malim poni inter quinqueremes et regiae (cfr. 4, 6) aut inter iuncta et Romanae (cfr. 8, 7) quam post triginta. Cfr. ann. ad XXIII, 43, 13.

5, 6 Livius sine dubio scripsit suis quique urbibus, i. e., hi omnes populi (non singuli homines) suis quisque urbibus — (quemadmodum utrique ab uterque differt). Cfr. XXXIV, 46, 8 quaeque sc. copiae, ann. ad II, 57, 3. Nec mirum, si librarii rariorem illam formam quique interdum in frequentissimam mutaverunt.

6, 11 ego sic: tum et (etiam) oppidum — firmatum, [et] praecipue — fuit. Oppidum stabile et inexpugnabile fuit quum quia natura manumque munitum praesidioque valido firmatum erat, tum praecipue fide praefectorum principumque (clausum — munitum — firmatum apposita sunt ad oppidum). Et aberrando sive ad superius et sive ad inferius addi potuit; an ortum est ex tū, ut alibi ex te?

7, 13 scr. recepto, quoniam Thronium, non Thronius oppidi nomen fuit. Cod. scilicet hic turone (§ 10 et 11 toronen); inde recepta factum. Nisi forte ipse Livius erravit scribendo Toronen — Torone.

7, 18 ego sponte, ut Weiss., ne, ad se s'iretur, intra —, correctione et leniore et, opinor, aptiore.

9, 12, si verum est sex dierum spatio, Livius oblitus

est, quid ipse XXVII, 50, 1 scripsisset: regressus citatiore, quam inde venerat, agmine, die sexto — pervenit.

11, 4 fortasse post dicebantur comma ponendum hac sententia: aedes — tactae dicebantur (non erant).

11, 14 excidit aut modo (*mō*) post non aut solum ante sed. Non — sed — quoque Livianum quidem certe non est.

12, 3 fortasse scrib. quippe *qui* et, *quum* in —. 1) Mirabilis Hannibal fuit secundis rebus, 2) adversis mirabilior: 1) secundis mirabilis, quippe *qui*, *quum* — *gereret* —, ita copulaverit, ut — *exstiterit*, *quum* — *fuerant*; 2) adversis vero mirabilior, quippe *quum* post Hasdrubalis exercitum — deletum cedendoque — concessum nullus motus in castris factus sit. Nec mirum, si Livius post prius membrum (et — *fuerant*) iusto longius copiosiusque per anacoluthon orationem variavit, *quum* sic scriberet: Post vero — concessum, cui non videatur mirabile, nullum — factum? Excidere facile potuit, ut *qui* post quippe, sic cum inter *t* et *in*; et vero unde hoc loco nasci potuit? an, omisso prius *qui quum*, ex ei?

12, 8 num scribendum erat, *et* tum vel erat, tum *autem* (omisso et post -at vel *autem* post tum): «og nu, men nu dyrkedes det ikke ganske; thi en stor Deel —»?

13, 3 scribendumne Culcham, *in* XXVIII oppidis regnantem?

14, 6 ego: ubi hoc obstinate credi —. Unum erat, non plura: medias acies — concursuros.

14, 13 comma delendum post ordinibus.

15, 9 scripsi *quum* † proximus quisque hostem cederet, probans Madv. con. *quum* proximum sibi quisque hostem crederet; bi omisso ante *qui*, ex proximūsi factum est proximus — cederet (post § 6 cederent, § 8 cedentibus).

16, 7 scribendumne Poeni *in* tumulto?

16, 13 comma post ceteri ponendum.

17, 13 exciditne post triremibus nomen portus (Sigae, cfr. Plin. H. N. V, 2, 19)? Cfr. § 16 in regio (Syphacis) portu.

18, 10 omittendum comma post navibus.

19, 4; v. supra ad 3, 2.

19, 11 fortasse retinendum fuit, ut est in cod., Et meminertant (ipsi) et admonebant alios.

19, 13, si in verum est, iningendum cum gerunt, ita ut ad munientibus ex muros audiatur eos.

22, 1 scr. Baeti amni; cfr. 30, 1 Baetim.

24, 1 non ausim, apud Livium quidem, scribere id, quod quisque (v. Madv. G. L. § 495); simillime enim XXXIX, 8, 6 est quum ad id quisque, quo natura pronioris libidinis esset, paratam voluptatem haberet; etsi similiter incipientium duorum verborum inter se transpositio creberrima est.

26, 7; v. ad XXIII, 43, 13.

27, 16 scr. lapidibus; v. ad X, 31, 8. — Ibid. scr., ut olim edebatur, hoc (quod vos fecistis) est portentum, quod — eorum, qui tantum ausi facinus sunt, expiari possit (i. e. eiusmodi, quod — possit). Quae est ratio conjunctivi sint?

29, 4 iungendum omnia irrita («Alt som uskeet»), non, ut Weiss. vult, irrita oblivio.

30, 5 ego sponte, ut Madv. in praef., triremes.

31, 7; v. ad XXIII, 43, 13.

34, 9 scribendumne liberos iis *atque* arma relinquere solutosque animos? Dicitur potest per asyndeton liberos, arma; interiecto iis vix item. Similiter ob interpositum relinquere desideratur copulatio tertii membri; in cod. est enim os (*e ex que?*). — Ibidem scribendum, opinor, est nec *ab* inermi, sed *ab* armato hoste, quemadmodum est neque se in obsides innoxios, sed in ipsos —. Ab excidit etiam ante inermi.

36, 1 scribendumne sustulerat? Non memini pluralem numerum post primum — deinde positum.

36, 8 cum Weiss. retinendum puto, quod ante Gronovium edebatur, navali.

39, 8 comma, non semicolon, post posse ponendum; cohaeret artissime hoc: videbatur — cum illo: quum — misistis.

40, 9 ex partū indicat facile fieri potuit primum partū indicat, tum (post gloriae) partae uindicat; cfr. Madv. praef.

41, 17 comma post iuvene omittendum.

42, 6; v. ad XXIII, 43, 13.

42, 17 omittendum comma post illic; una sententia est.

42, 20. Notandum, ad non quia — ex sequenti censes audiri censeas; v. ann. ad VIII, 19, 3.

43, 18, quoniam tu abundat (vis sententiae inest in isto), Madvigii coniectura iam vix apta est, vide, ne erasum illud in codice ta nihil sit nisi geminatio quaedam syllabae to. —

Ibidem, quoniam sequitur nuper et non annis ante quadraginta, scribendum videri potest si hoc bello et non priore; ceterum alibi quoque in hoc dicendi genere et sive ac omittitur, ut apud Livium XXXIII, 47, 3, XXXIV, 7, 6, apud Ciceronem Verr. V, 64, pro Mil. 19, al.

45, 11 scr. sorte hic et IV, 37, 6 et XXIX, 20, 4 et XXXI, 6, 1.

45, 17 scribendumne et [in] viaticum, ut in aut ex uiortum putetur aut ex superiore versu repetitum?

Liber XXIX.

1, 4 sic interp.: Gravis ea militia procul domo, terra marique multos labores, magna pericula allatura, videbatur (= ut quae — allatura esset).

1, 13 scr. Carthaginis iam excidium agitabat. Livius de plurium urbium excidio IX, 45, 11 recte plurali numero usus est; de unius is numerus poëtis relinquendus est. Ante *ag* ex \bar{a} factum *a*.

2, 10 comma post locis, non post postulabat ponendum.

3, 8 interp.: fuerat iam, in Siciliam transgressum; iam ante fama fuerat, in Siciliam transgressum Scipionem; tum vero nuntii trepidi in Africam eum advenisse attulerunt.

4, 2 scribendumne habere placet? Mirus passivus infinitivus ante sex activos.

4, 8 scr. *Is* — questus, quod —. Addi est non magis necessarium aut hoc loco aut XXXI, 25, 4 quam I, 59, 5, II, 21, 5 et 54, 9, XXVI, 18, 5, XXIX, 6, 12 multisque aliis locis.

6, 6 notandum omissum iis in his: ut mos est, qui diu absunt; cfr. XXVIII, 45, 7: qui — recusabit, (ei) auxilio erimus, XXXIX, 17, 1, etsi ibi verba fortasse sic intelligi non modo possunt, sed debent: diem certam se finituros, ad quam, qui nominatus profugisset, nisi citatus respondisset, absens damnaretur. XXX, 32, 2 tacillime dativus ante dativum auditur, III, 19, 6 autem ei vix ante qui addi potuit; aliter participium (aestimanti) ponitur.

6, 15 scribendumne positum?

9, 4 scr. fortasse accensus ira *e* domo sese proripuit («ud af Huset», ut est V, 18, 12, non «hjemmefra», quod apud Livium fere dicitur ab domo, ut hic 5, 4, IX, 9, 12, XXV, 31, 3, XXVI, 50, 3, al.). Caes. B. C. II, 12, 1 porta est per portam. Aliud est, verba cum ex vel ab composita saepe a Livio sine

praepositione poni. — In domo XXXVIII, 59, 9 est in aedibus, XXXIX, 13, 3 autem, XLIII, 13, 6, XLV, 41, 12 idem fere quod domi. Similiter in domum XXXVIII, 59, 8 in aedes significat, XXIV, 5, 7 nescio an praepositio omitti potuerit; in domos XXVI, 10, 7 propter illud in tecta necessarium videtur, sed tamen XXXIX, 16, 4 est dilapsi domos et in rura vestra, nisi ibi post *i* excidit *in*. Cfr. ann. ad IV, 52, 3.

13, 2, quoniam trium praetorum cognomina addita sunt, suspicari possis, excidisse Rallae post Marcio; cfr. c. 11, 11.

14, 8 fortasse sic interp.: P. Scipionem, Cn. filium eius, qui —.

14, 13 ego, ut olim edebatur, scribo: Eae per manus, succedentes deinceps aliae aliis —. Per manus cohaeret cum pertulere; deinde pro deinceps vix Latinum est. Omissis *c* et *s* ex ep fieri de potuit; an, quoniam cod. habet de inde in duos versus divisum, librarius pro inceps, quod nihil est, syllabae de oblitus scripsit inde?

15, 7 notandi in his: pro equite uno tres pedites cardinales, qui dicuntur, numeri utrobique positi pro eo, quod est: singulis equitibus ternos (s. tres) pedites (cfr. Madv. G. L. § 76 a n.). Prorsus ad eandem formam Livius scripsit III, 13, 8: unum vadem tribus millibus aeris obligaverunt. Minus admirationis habet, quod VIII, 8, 7 est: ordo unusquisque tres partes habebat; in his quoque: quandoque idem prodigium nuntiaretur, feriae per novem dies agerentur (I, 31, 4) cardinalis numerus defenditur, quod notio repetitae actionis in sententia relativa inest, similemque rationem habent, quae XXIV, 11, 7—8 leguntur. XXXV, 42, 8 in his: mille in dies nova consilia distributivus numerus omnino poni non potuit; nec enim ipsa in singulos dies millia significantur, sed ingens numerus, quemadmodum Horatius Sat. I, 4, 9 scripsit: in hora saepe ducentos versus dictabat.

17, 9 comma post aut, non post immortalibus ponendum.

17, 12 num scribendum pestis est ac belua, ut omissum putetur est post -is?

18, 20 notandus indicativus in sententia relativa restrictiva: quidquam sceleris, quod homo in homines edere potest; cfr. 9, 10: omnibus, quae pati corpus ullum potest; XXI, 57, 14: neque ulla, quae — solet, praetermissa clades est; addito modo vel quidem indicativus po-

nitur XXVII, 14, 10, XXXII, 6, 8, XXXIII, 3, 4. Nec tamen his defenditur XXVI, 16, 10 fuit, quoniam ibi perfectum tempus pravam est.

21, 6 comma post omnia delendum.

26, 8 probabilis Madv. coni. ora. Non mirum, si ex setora post terra factum est setterra, duabus litteris geminatis et e pro o scripta. In cod. P. tamen librarii ad etiam aberrantis est.

27, 2 illud amnibusque, ut Madvigio in Emm., sic mihi non additum a librario videtur, sed transpositum: omnibusque qui — terra, mari sequuntur (an omnibus, qui — terra marique sequuntur) aut terra marique sequuntur, omnibus bene verruncent.

27, 12 ego ex Madv. coni.: aperuit omnibus Africae litora. Ex omnib. post disiecta et ante litora facile omnia fieri potuit, ut alibi haud raro omnis et omniū ex omnib.

29, 8 scribendumne non alienus sanguine a regibus (cfr. Madv. G. L. § 268 b not. 1)? I, 20, 3 pro genti scribendum gente; rex homo est, gens non item.

30, 12 et qui mihi quidem ferri posse videtur ob tam multa interiecta. — Ibidem notandum restitui pro restitutum iri positum (cfr. III, 59, 3, V, 5, 9, VII, 15, 1, IX, 9, 6 et 10, 9). Ne quis tamen corrigendo h. l. ponat futurum tempus, prohibet locus, qui est XXXIII, 13, 15: obsides reddi receptum est, collatus cum VII, 14, 1 et XXXIX, 47, 7, ubi recipere cum futuro positum est. Cfr. etiam XXXVI, 1, 3: haruspices responderunt, eo bello terminos propagari¹⁾.

31, 2 comma post Oezalcem ponendum.

32, 10. Fateor paulo durius esse hoc: «og hele Africas Opfyldelse med Rygtet om Masinissas Død satte (Africas) Sind i forskjellige Stemninger»; sed duriora Livius dixit. (Madvigius Weissenbornii, qui laudat I, 34, 4: ducta in matrimonium Tanaquil, notam vix recte intellexit.) Nec facile ulla causa cogitari potest, cur librarius quisquam addiderit repleta ad tam perspicua verba, quam illa essent: totāque Africā famā

¹⁾ [Conferri potest, quod dicitur promitto aliquem sisti. Cic. pro Quinet. 29 et 67, satisdo indicatum solvi, ibd. 29 et 85. O. S.]

mortis Masinissae varie animos affecit. Quare equidem sine uncis scribendum puto.

33, 7 colon, non semicolon, post haesere ponendum.

33, 10 scribendumne cum Gron. illa regnantis (scil. fortunae) multitudo, haec paucitas exsulis fortunae conveniens est?

34, 9 notandum omissum in sententia relativa verbum est; cfr. ad X, 17, 8.

34, 12 comma post postremo ponendum.

34, 13 duriore quodam zeugmate ad haec verba: non tamen effusa fuga auditur discedebat, i. e. effuse fugiebat.

35, 6 comma post populationibusque ponendum.

35, 7 ex mea et Madvigii coni. deleo alterum simul ut male repetitum ex superiore versu.

35, 13 scr. [castra] hiberna; v. ann. ad III, 2, 1.

36, 7 non improbabilis Madvigii coni. quum et consuli duplicatae vires *et* Poeno —. Omisso et post -es, prius et transpositum est.

36, 10 num scrib. continebat? Praesens historicum hoc loco, ut de duranti eiusdem temporis actione, vix aptum (bat omissio ante totam additumne *t*?). Aliud est dici eodem anno Gaius moritur, similia.

37, 4 hoc: in («med Hensyn til») pretio salis maxime oneratas tribus paulo durius mihi videtur. Vellem in abesset; aberravitne librarius ad inde aut ad iniquo?

Liber XXX.

1, 6—7 comma post iussus ponendum, non semicolon; an Livius sic scripsit: iussus; ipse obtineret? Cfr. ann. ad I, 43, 11.

1, 8 ego: Caepioni Bruttii, [Servilio] Gemino Etruria evenit. Cognomen in altero membro nomini praepositum significaret Caepionem non fuisse Serviliae gentis. Ut alibi, sic hoc loco Livius primum plene scripsit XXIX, 38, 3 Cn. Servilius Caepio et C. Servilius Geminus, deinde XXX, 1, 1, omissis cognominibus, Cn. Servilius et C. Servilius, tum, omissis et praenominibus et nominibus, Caepioni — Gemino.

1, 9 scr. ex Madv. coni. sub Spurio Lucretio. Prius plenus nominatur Sp. Lucretius, deinde sine praenomine.

3, 4 scr., opinor, curam ex animo omiserat; cfr. I, 45, 3. (XL, 46, 15 Madv. remittere — odium.)

6, 2 notandum hoc: an — esset, confusis, i. e. incertis, an («om ikke») — esset.

6, 3 scr. hostile nihil; v. ad XXIII, 43, 13. — Ibid. notandum est, Livium hoc loco dixisse agmen de parte equitum, quae cum ipso Scipione ad hostium castra advenisset, non pro acie; v. 5, 3: agmen explicaverunt. Cfr. ann. ad VIII, 30, 6.

9, 7 comma post quippe ponendum.

9, 12 retinendum ex P. possit post abest, non aberat. Vel sine codicis auctoritate scribendum fuit possit; an Livius quoque temporibus conspici locus et praebere conspectui mare non potuit?

10, 3, ubi in cod. est appulsaeadmuris, vide, ne Livius, ut solet, scripserit ad muros.

10, 14 hoc levia ipsa navigia glossema est, primo in margine adscriptum ad causam indicandam, cur speculatoriae naves obrutae sint magnitudine rostratarum, deinde, ut alia, in textum receptum et per ac annexum.

10, 16 sine dubio aliquid latet in scriptura codicis P. uocat millex; unde enim illud mil? Vocant milites (cfr. § 9) mihi non satisfacit.

10, 20 ego ex Madv. conl.: fuit et (cfr. 12, 4); ex fuit et ortum est fuet, tum set (*f* pro *f*).

12, 10, si vera scriptura est, fugae genitivus est, pro eo positus, quod est ad fugam, ut 35, 7 est receptum fugae; sed vide, ne Livius scripserit ne qui fugae pateret exitus, ut fugae datus sit (cfr. XXVII, 18, 20), quoi autem ex qui accommodatum ad fugae.

13, 2 comma post gentis delendum.

15, 8 me quidem offendit impavide, ut quod post ferocius et nullo trepidationis signo dato prorsus abundet. Adscribi potuit ad haec ipsa verba explicanda.

15, 14 retinenda fuit scriptura cod. mollitur; v. ann. ad XXI, 25, 9.

17, 13 sine dubio scr. tunicas (duas aud. ex duo); neque enim, ut fibulae, sic tunicae, appendix sagulorum fuit; cfr. arma cum loriceis. Nec mirum, si librarius accusativum accommodavit ad ablativos. — Ibidem comma post loriceis delendum, ut ex bina ad tabernacula audiatur duo.

17, 14. Locus hic et XXXV, 23, 11 spectacula significare

videtur («Loge»), alibi idem est, quod aedes liberae («frit Logi»).

18, 3 ego ex leniore Madv. coni.: induratur — timor, ac, ne vertat —.

18, 5 comma post partem, non post praetor ponendum.

20, 2 Livius, opinor, scripsit sive retrahebant, quod contra Gronovium defendit Dukerus (et praecedat revocant), sive detrahebant; cfr. § 9 detractus, 30, 14 detraxisti. Excidit facile sive re sive de post -dē.

20, 3 ego sponte, ut Madv., coni. obtreectatio.

20, 6 scr. ex Madv. coni. qui in. Absurdum est, in templo ipso interfectos esse, quia in Africam secuturos abnuentes concessissent in Iunonis templum inviolatum ad eam diem.

24, 2 retinendumne censuerant? Cfr. ann. ad IX, 22, 2.

25, 6, si superlabentem verum est, superlabi, ut superare, idem est quod praeterire; sed fortasse aberrando ad superantem pro praelabentem vel praeterlabentem scriptum est superlabentem.

25, 7; v. ad XXI, 62, 2.

26, 5 omittendum fortasse est; v. ad X, 17, 8.

26, 8; v. ad XXIII, 43, 13.

28, 3 scr. aut *cum* tumultuariis. Antecedit aut cum (hoc quoque cum in cod. omissum est post aut) Syphace aut cum socero —, et interpositum est rem futuram inter cum Hasdrubale et tumultariis exercitibus; sequitur sed cum Hannibale. Nec mirum, si cum excidit inter aut et tum -. Alia est ob ordinem verborum ratio loci, qui est XXXV, 48, 7.

29, 4 ego: audiit, sed maxime —. Cod. maximesi; set, sit, si haud raro inter se permutantur; set transpositum. — Ibidem fortasse scr., quod olim edebatur, percussus est.

30, 8 apertum est verbis, quae sunt nec — esset, Livium idem negative dixisse, quod prius affirmative ponit: de nostris dimicarem. Quare ego sic scribo: nec in Italia solum nobis bellum aut vobis in Africa esset; sequitur contrarium illud: sed et vos in portis vestris — et nos ab Carthagine. Excidit nobis bellum aut ante vobis in Africa. In Madvigii sententiam Livius certe sic scripsisset: nec vobis solum in Italia aut nobis in Africa.

30, 9 scribendumne habiturae sunt, ut egerimus fut.

exact. sit indicativi, non coniunctivi? Praecedit interest. Coniunctivo condicionali vix locus ullus est.

30, 14 usitatus Livius dixisset tot urbibus regno eius, tot nostro imperio ereptis; ne tamen de genitivo quis dubitet, v. Cic. pro Quinct. 39, Off. II, 10, Sall. Iug. 85, 42, quaeque Madvigius ad Cic. Finn. II, 27 exposuit. (Abrogare imperium alicui et alicuius; v. Drak. ad XXVII, 20, 11.)

30, 17 comma post cernas ponendum; cohaeret artius deprecantem (praedicati accusativus) cum cernas quam orbatum (simpliciter appositum).

30, 18 recte sine dubio post danti Weissenb. addidit, quod olim ante ampla edebatur, tibi; praecedit tuis — nostris.

30, 20 vix potest audiri, cui rei eventus respondeant; excidit, opinor, optatis.

30, 21 fortasse excidit detraxeris, non ademeris.

31, 1 in scriptura cod. B. auere, unde C., alii solita permutatione habere, fortasse nihil latet; auere ortum esse potest ex adue; an ex superiore fere?

34, 1 excidit ab post dissonae; praecedit ab Romanis; cfr. § 2 illinc.

35, 4 illud ante aciem, opinor, librarii alicuius est aberrantis ad arte aciem in § 5.

35, 7 exciditne ut post simul?

39, 2 excidit sine dubio in ante Ilvam insulam et fortasse ante Corsicam; sequitur in Sardiniam.

40, 14 scribendumne convenissent? Cfr. 43, 8. Ex convenissent factum convenirent.

41, 8—9 comma post decretae ponendum erat. (1) Et decem longae naves decretae, 2) et consules duas legiones scribere iussi, ut 2) quattuordecim legionibus, 1) centum navibus r. p. administraretur.)

43, 7 comma post iis, non post vellet ponendum.

Liber XXXI.

4, 5; v. ad XXVII, 36, 9.

12, 6 scr. Lanuvii *in* templo; excidit in post -ii.

14, 9 ferri potest ordo verborum, quem codd. habent: Id tam foede atque hostiliter gens Aearnanum factum ad Philippum detulit. Cfr. 46, 2: quae ad communi-

canda consilia Heracleam cum rege — venit, et ann. ad XXVIII, 2, 15.

16, 6 scribendumne deditae (ante e)? Cfr. XXXII, 18, 7 receptae.

17, 4; v. ad XXXII, 37, 5.

19, 6 comma post vellent omittendum; v. ann. ad V, 40, 1.

20, 7 Livius scripsit aut, ut Weiss. coniecit, centenos vicenos aut militibus *singulis* — centum viginti asses dedit.

24, 2 in B. excidere potuit, quod in codd. vulgaribus est, peditum inter millibus et et. Cfr. 16, 3: cum expeditis duobus millibus peditum, equitibus ducentis.

24, 5; v. ad IX, 37, 11.

24, 11 post erat facile excidit irā; cfr. § 13 non iratantum, 26, 13 ira satiata. (Se ante ex omissum mihi minus satisfacit.)

25, 4; v. ad XXIX, 4, 8.

27, 5 ego ex mea et Madv. coni. metus † Codrionem. Fuitne metus, Codrion, satis —?

29, 6 scr. primum; sequitur iterum.

29, 15 ego: non mutabilibus in dies (i. e. in dies singulos, «Dag for Dag, dagligt») causis. Longe aliud est, XXII, 39, 13 et 40, 8 dici in diem rapto «af hvad der er røvet for een (hver) Dag».

31, 3 scribendumne reliquerunt, quod — possem («kan»)?

33, 1-2 fortasse post contrahebat comma, post moturos semicolon ponendum.

37, 7; v. ad IV, 58, 9.

39, 15 comma post partim ponendum.

45, 12; v. ad XXI, 25, 13.

47, 2 vix potest audiri, quod sine dubio post statum excidit, tempus.

47, 6 scr. invidenti; v. ad I, 8, 3.

49, 2 ego: argenti *bigati* (cfr. XXXIII, 23, 7 et 37, 11, XXXVI, 21, 11 et 39, 2) centum millia mille quingentos (sc. denarios). Cfr. Madv. Emm. p. 376.

Liber XXXII.

3, 4 comma post utcumque («i ethvert Tilfælde») ponendum.

4, 4 comma post vias ponendum; cohaeret transeunti et

panditur, ut § 3 eunti et siti sunt; Livius vix dixit mihi ventum est pro eo, quod est a me; cfr. exempla dativi in ann. ad VIII, 16, 3 posita.

12, 10 scr. eam noctem; cfr., quae ad XXVI, 51, 3 dixi.

19, 8 comma post aestimantes omittendum haec sententia: et ex iis — aestimantes non graviolem — cernebant.

21, 9; v. ad XXVII, 12, 3.

21, 22 colon, non comma, post obliviscamur ponendum.

21, 28 fortasse unde simpliciter ortum est ex -unt re-, et Livius sic scripsit: Quum — urgebunt, regiam societatem et Macedonum praesidia imploremus? ut regiam et Macedonum respondeant ei, quod sequitur, ipsi nostris. Offendit tamen nonnihil variatio illa: imploremus — tutabimur.

21, 30 comma post id ponendum, quoniam haec est sententia: nolite id, quod optandum vobis erat (Romanorum amicitiam), fastidire; longe aliud est id quod relatam ad fastidire. Cfr. § 35.

21, 33 dubitari potest utrum quod coniunctio sit an accusativus pronominis relativi, ut, neglecta attractione, neutrum genus pro feminino Livius posuerit; nisi, quod opinor, quam scripsit. Haud raro inter se confunduntur *quō*, *quā*, *quod*, et h. l. praecedit quod rogant. (Caes. B. G. I, 44, 10, multi anni sunt, quum quem exercitum scribendum esse suspicatus sum; ex *quē* ante *e* facile factum est *quod*), praesertim quum quod supra sexies positum sit.)

24, 1 et 7 scribendumne Elateensium et Elateensibus, similiterque XXXIII, 18, 4 et 6 Stratoniceensi, Stratoniceensis, XLIV, 10, 12 Cassandreensium?

26, 7 probo Madv. coni. Cupi iis quum coniurationem —: aberratum a cum ad cum.

26, 16 Livius, opinor, scripsit eadem moliri, unde facile fieri potuit ea (de) moliri.

27, 3 colon post habitus ponendum erat; explicantur superiora inverso membrorum ordine; quae — et pro eo positum est, quod est et — et.

29, 6 scr. cum uno cod. exercitu deducto; reliqui codd. fere educto habent.

30, 5 scribendum puto infra eum locum duobus millibus (ex notis II ∞ factum duo millia), similiterque IV, 32, 8 mille et quingentis passibus citra Fidenas, V, 37, 7

haud multo infra viam, XXI, 27, 4 millibus pro millia; cfr. ann. ad I, 7, 9. Ablativus est X, 25, 5 paucis citra millibus, Caes. B. G. I, 48, 2, VI, 28, 1 et 35, 6, B. C. III, 46, 6 et 66, 4, restituendus (B. G. VI, 9, 3,) B. C. III, 26, 4, Cic. ad Famm. XVI, 2, ad Att. XVI, 7, 5.

30, 8 scr. ex Madv. coni. aut etiam, si qua occasio —; codd. recce. illud utiam vix ex tuta, sed ex etiam, ut est in B., ortum.

30, 12 scr. carpenta ** oppida —. Excidit numerus et carpentorum et oppidorum.

32, 15 scr. ex Madv. eademque mea coni. periculum — ne nulla fides sit.

33, 5 post legatus auditur postulavit sive ex postulata sive ex eo, quod sequitur, postulabantque; cfr. 34, 10.

33, 7 scribendumne a Sesto, ut est ab Iaso et a Bargyliis?

33, 12 scr. fortasse: At non antiquos Macedonum reges *, sed acie bellare solitos. Excidisse potest ita fecisse; an potius Livius sic scripsit: — reges ita fecisse; acie bellare —, ut, omisso ita fecis post reges, ex se factum sit sed? De sed post non audito cfr. ann. ad XXVI, 2, 10. Fieri sane etiam potest, ut exciderit item ante antiquos. Nam quibus locis Siesbye nihil excidisse defendit, Cic. pro Cluent. 74, Virg. Aen. IV, 529, eorum in illo facile patiebatur ex iis, quae praecedunt, facillime auditur, Virgilius quidem se ipse explicat addendo neque umquam solvitur in somnos cett. ¹⁾

34, 3 risu, si Livius ita scripsit, dativus est, non ablativus. Dicitur temperare rei alicui aut ab aliquo. In editionibus discipulis scholarum destinatis scribendum est risui, simm.

34, 9 scr. ad Nicephorii Venerisque templi restitutionem. Ex Nicephori ob ad scriptum est Nicephorium, nisi -um ex uen- petitum est.

37, 5. Durissime hoc loco et XXXI, 17, 4 Livius non addidit esse, quasi diceret mandatum — pacatum. An utroque loco excidit esse (vel fore XXXI, 17, 4)?

39, 1 notandus, si vera est scriptura ac non rei post eius excidit, obiectivus genitivus pronominis neutri generis. Caes.

¹⁾ [Unus tamen minimum restat locus, Plin. Ep. VIII, 23, 3, ubi, ut hic, ex praesentis temporis verbis praeteritum auditur. O. S.]

B. G. VII, 1, 6 quoque, si eius verum est, quod codd. in dubio relinquunt, rei facile ante in excidere potuit; Liv. autem XLII, 6, 7 cuius idem esse ac cuius rei facile ex temporis intelligitur. Alius generis est ob additam sententiam relativam II, 47, 12 immemor eius, quod —, ut Cicero T. D. IV, 12 scripsit species cuiuspiam, quod —. Partitivo genitivo notum est dici nihil eius acceptum (XXXVI, 4, 3), quid eius sit (Cic. Att. XVI, 4, 3), simm., etiam praecedentibus nominibus pluralis numeri¹⁾, tum quoad eius facere poteris, pretii, i. e. qualitatis, huius non facio. XLV, 28, 6, ubi Madvigius, quum cuius neutro genere positum putaret, substantivum aliquod, ut poenae, mali, desideravit, cuius masc. gen. est («nogen Enkelts»), respondens ei, quod praecedit, quis que («hver Enkelt»).

Liber XXXIII.

2, 3 ego; auferunt † perferuntque. Scribendum certe fuit referuntque (scil. domum); sed abundaret post auferunt. Aptius Gronovianum reficiuntque; permutantur haud raro inter se re et per, interdum ficiunt et ferunt (hoc quidem loco post auferunt facillime). Cfr. ann. ad I, 43, 3; II, 65, 5 cod. arch. referebant pro refecerant, III, 40, 11 ferri pro fieri.

3, 9 ante sexcenti excidit * millia et; cfr. 14, 12.

3, 10; v. ad XXVI, 39, 21. Nunc tamen minus certae videntur emendationes illic propositae, collatis locis, qui sunt XXV, 34, 6 et XXVII, 12, 16, et fortasse pluribus.

5, 6 scr. iis.

5, 7 scr. ex Madv. coni. Nam quia —. Non mirum, si librarius cod. arch. post nam et h. l. addidit et.

5, 11 cur ferri non potest et adeo — non relinquunt, ut § 10 est ita densos offigunt implicantque ramos?

8, 14, quoniam necesse est subiectum verbi duplicat idem esse, quod verborum locat — iubet — iussit, hoc: dimidium de fronte demptum (duplicat, sc. aciem) nominativo positum, ut sit idem quod demptio dimidii, esse non potest; accusativo vero absurde diceretur («han fordobler den fra Fronten hortagne Halvpart ved (for) de i Dybden udstrakte Rækker»). Livius sine dubio scripsit dimidio de fronte dempto —

¹⁾ [Cfr. quae Flecketsenus in Annal. Philol. Vol. 81 p. 287 disputavit. Pluris eo, ut comici, Livius dixit XXXIX, 44, 3. O. S.]

duplicat (eam, quod facillime ex acies auditur). De - *um* pro - *o* scripto cfr. ann. ad I, 7, 9.

10, 8 scribendumne, ut olim edebatur, si Valerio quis credat —? Etsi enim saepissime si qui dicitur, nullius tamen memini loci, ubi interiecto inter coniunctionem et pronomen alio verbo brevior forma posita sit.

12, 9 ego cum Madv. in Emm.: adversus victos mitissimum quemque † animum maximum habere. In Madvigii coni. animi maximi haberi offendit me ordo verborum; Livius, opinor, dixisset maximi animi haberi; ne mihi quidem probatur altera Madv. coni. animum maximum haberi. Scripsitne Livius animum maxime decere, ut hoc respondeat ei, quod praecedit, concurrere debere? Ex decere oriri potuit de re, omisso ce post de, tum habere; de *b* et *d* confusis vid. ann. ad XXI, 60, 4.

13, 1 scr. cum edd. vett. consilio; cfr. 12, 1 consilium, 12, 3 quos — communicaret pacis consilia.

18, 12 Madv. coni. quippe proba; pro quippe scriptum est quippe, tum -*pe* omissum ante te -.

24, 8 item Madv. coni. eo anno denuo mihi probatur; omisso anno post eo ex denuo factum est die.

27, 4 scr. iis fornicibus.

27, 6 scr. crederet; v. ad VIII, 19, 3.

28, 8 scr. ex cod. argumentatus (scil. est); v. ad XXI, 25, 9; sequitur fidem — fecit, non facit.

32, 10 Livius, opinor, sic scripsit: ut nullius nec animus nec oculi intenti spectaculo essent. **Nemo** habet animum, non animos. Librarius sive aberravit sive accommodavit ad oculi intenti.

36, 3 comma, non semicolon, post fuerant poni debuit. (1) Multi occisi, multi capti; ex his (captis) alios crucibus affixit, alios dominis restituit.)

41, 7, si in cod. Mog. sic fuit: Multae fractae, multae naves eiectae, ferri fortasse potest; vis sententiae inest in multae; cfr. ann. ad XXVIII, 2, 15 de verbis, quae graviolem vim nullam habeant, sic interpositis.

44, 4 comma post bellum, non post movisset, ponendum.

45, 1 ego malim scribere † tum qui; nam, ut tum aberrando ex tam fieri potuit, ita Livius ut qui scribere potuit («saasom Alt, hvad de meldte, var —»); ex ut oriri potuit tu, deinde tū.

47, 4 comma post Ita ponendum erat (Ita — pervicerunt).

Liber XXXIV.

1, 3 scr., ut olim edebatur, neu pro nec. Praecedit ne, sequitur neu — aut; omisso *u* ante *ue-* additum est *e*; aliter XXX, 37, 4 neque domarent alios, quoniam praecedit et, etsi ibi quoque Livius scribere potuit neve.

2, 4; v. ad XXVI, 27, 6.

2, 12 aliam fortasse aberrando natum est ex aliud aut ex eo, quod sequitur, animali.

3, 1 in cod. B. quum ex animo, sive litteris transpositis sive notis verborum (α7ο et ο7α) permutatis, factum esset omnia, divisum est recensete in recens et ea, addito *a* ex animo (s. α7ο). — Ibidem vix opus fuit cum Ussingio addere eas, quod ex earum facile auditur.

3, 5 scr. ex Madv. coni. prosit; si prodest Livius scripsit, idem est, quod ea modo condicio (qualitas) requiritur, si —. Alibi enim Livius semper conjunctivum posuit post illa: quaerere si (XXIX, 25, 8, XXXIX, 50, 7, XL, 49, 6), percontari si (XXXIII, 35, 3, XXXVI, 33, 1), referre ad consilium si (XXXI, 9, 8); nam explorare si (XXXIV, 30, 3) propius accedit ad illud conari, tentare si.

4, 3 ob solam cod. M. auctoritatem cum Madvigio probu quo magis imperium crescit, etsi ne M. quidem ab interpolationibus purus est; nam per se ipsa ceterorum codd. scriptura imperiumque crescit recte se habet, per que annexa explicatione verborum, quae sunt quo melior — est («idet vort Herredömme voxer —»), sicut in illa quoque scriptura hoc: et («idet vi») iam — gazas laxius annexum est ad illud: quo magis imperium crescit.

4, 12 miror neminem, quod sciam, haesitasse in his: quid unaquaeque vestrum veretur ne in se conspiciatur. Nam conspici est oculos hominum in se convertere, splendere («vække Opsigt, falde i Øinene, glimre»), aliqua re, qua quis aliis praestet, ergo quam habeat, non qua careat. Itaque vulgatam scripturam non licet sic interpretari: «hvad (af Prydelse, som hun ikke har) frygter liver enkelt af Eder for, skal vække Opsigt hos hende (som mindre prydet end andre Kvinder)?» Apparet, opinor, excidisse non (nō) inter ne et in sive, ut alibi, ante con -: quid unaquaeque vestrum veretur ne non

in se, ut magis ornata, quam aliae sint, conspiciatur? Cfr. totae paragraphi 12—15, maxime illa: Hanc ipsam exaequationem non fero. Cur **non insignis auro et purpura** conspicior?

4, 16 comma post eas ponendum.

4, 18 colon post es, non punctum, ponendum.

5, 9 urbe aberrando ad urb(s)e(st) additum est.

6, 6 malim, ut olim edebatur, latae (codd. dett.? M?); praecedit ex iis legibus, quae — latae sunt et quas tempora aliqua desiderarunt leges; sequitur ex utro tandem genere ea lex esse videtur.

6, 7, opinor, neque ex Madv. conii. scribendum scilicet, e quo fieri vix potuit lex, neque ex Seyfferti multo leniore correctione Regiane lex, sed sic interpungendum: Regia lex, simul — abrogemus? Recte in interrogando aut, non an ponitur de temporibus non inter se contrariis, sed utroque vetere.

7, 2 comma post vicorum ponendum.

8, 2 non cum Madv. probo, quod in M. est, collegae; facile enim *rum* excidit ante *rog*, tum additum e.

9, 2 comma, non semicolon, post habebat ponendum.

9, 6 comma post sed ponendum.

9, 10, opinor, excidit ita ante pari. Alia enim ratio videtur esse locorum a Weiss. collatorum (IV, 27, 3, XXIV, 3, 13 et 33, 9, XXV, 15, 4, XXIX, 8, 10, XXXIX, 41, 1), quoniam in iis similitudo rerum comparatarum significatur, hic diversitas notatur.

11, 5 hoc: quo enim se — ituros? natum est ex rectae orationis quo — ibimus? quod quum fere idem sit atque quo — eamus?, obliqua oratione poni etiam poterat quo — irent s. eant?

13, 7 ibi natum ex sq. ipsi (ipi; *p* — *b*).

13, 8 ob iam Livius dixit sit; sine iam dicendum fuit fuerit.

14, 6; v. ad XXI, 25, 9.

14, 11 colon post pugna ponendum erat, itemque 16, 1 post putatur, 17, 3 post fuit, 19, 3 post iubet.

17, 6 scr. passi, ut —; v. ad X, 17, 8.

18, 3 scr. ex Madv. conii. obiret (*ob* — *ad*, *b* — *d*).

19, 8 notandum hoc: incerta bellum an pax cum Celtiberis essent pro eo, quod est: incertum esset, bellum an pax — esset; pluralis numerus (incerta essent) positus est, quasi dictum esset bellum et pax, quem-

admodum XXXIII, 34, 3 est Philippi aut Ptolemaei regum, XXXV, 12, 2 nec Philippum aut Nabim quieturos, al. De an pro et posito cfr. I, 33, 8 discrimine recte an perperam facti confuso.

22, 12 scr. pertinenti; v. ad I, 8, 3.

24, 4 in B. haec facile excidit post pacata.

25, 8; v. ad XXI, 25, 9.

25, 11 quidam et alii dictum est ut Graecorum *τινὲς καὶ ἄλλοι* (Xen. Anab. I, 3, 15, al.), nostrum «ogsaa nogle Andre». An Livius scripsit et alii quidam? Nam pro eo, quod est alii et alii, illud positum esse vix potest.

27, 3. Quoniam sperare ut vix Livianum est, nisi Livio exspectare ut obversatum esse quis dicat, suspicor post sperare excidisse fore. Cui coniecturae quod Siesbye opponit, se nullius meminisse loci, ubi fore post sententiam ab ut incipientem positum sit, ne ego quidem memini; sed huic collocationi per se ipsi nihil impedimento est, quin etiam necessaria videri potest, ubi, ut h. l., illud: ut — maiore vi ante sperare, non post, positum est.

27, 6 semicolon, non comma post foret ponendum, ut et idem sit quod etiam; et ipsorum respondit ei, quod praecedit, sibi.

29, 11 scr. in supercilio; excidit *in* post *m*.

31, 3 sic interp.: in me quoque, vobis, quid faceretis, minus pensi esse.

31, 8. Livius plerumque dicit deducere (praesidium, al.) ab —, ut 32, 5 ab Iaso, 35, 3 ab Argis, 51, 1 a Chalcide — ab Oreo; sed, quoniam XXXII, 27, 1 est finibus Attali, XXXIV, 35, 10 civitatibus, al. (cfr. 33, 3 Argis cedere ac deducere praesidium), non ausim h. l. addere ab ante Argis.

31, 16; de fecisse v. ad III, 72, 7.

33, 11 ex oppugnatos (sc. eos) ad admoventibus (abl.) audiri potest iis. Videndum tamen, ne admoventibus datus sit («for dem, naar de») itaque interpungendum: si qua admoventibus exercitum dissensio —. Similiter dativum esse credo XXXVI, 9, 1: Antiocho ad Pheras iam castra habenti — legati ab Larisa venerunt, ibd. 14, 12: Appropinquanti faucibus — iuventus omnis armata silvas et itinera insedit et in agmen — incuravit, XXXVII, 38, 6: Metantibus et muniendo occupatis tria

millia — advenere, XXXVIII, 15, 2: progredientibus — metu incolae fugerunt et 8: progredienti — legati dedentes civitatem venerunt, 18, 14: Ibi stativa habentibus legati venerunt nuntiantes. Multo etiam minus dubitari debet, quin dativus sit XXV, 41, 2 instruenti, sive ad advolant sive ad nuntiantes relatus, aut XXXIX, 10, 5 mirabundo quaerentique, a verbo, quod est ait, pendens, aut XL, 25, 3 Neganti Paulo — recusabant; cfr. Cic. de Orat. II, 128.

35, 7 scr. ex Madv. coni. Lacedaemoniis *bona*, liberos, coniuges —. Excidit *bona* post-monis. Cfr. 36, 5: Qui exsulum coniuges in matrimonio habebant aut ex bonis eorum aliquid possederant —.

35, 11 proba Madv. coni. argenti praesentia. Addito *in* sive ex *i* sive aberrando ad illud in singulos scriptum est praesenti.

40, 4 malim sic interpungi: fierent, pecuniaque — («og Penge —») quam sic verba intelligi, ut que — et sit pro et — et positum.

41, 5 comma, non semicolon post urbibus ponendum.

43, 3 ego: in Hispania et *in* Macedonia de diversis duobus bellis; excidit *in* ante *m*. Cfr. ann. ad V, 12, 5.

43, 4 colon post esse ponendum.

44, 6 recte additum Romani de iisdem votivis ludis, quos § 2 Magnos Livius dixit; cfr. Madv. praef. p. IX.

45, 7 ego: Nuntiatum est, *in* («i, paa») Nare amni lac fluxisse. An Nare amni est nostrum «ned ad»?

46, 3 ego sponte, ut Weiss., excidisse suspicatus sum duplex centurioni ante triplex; aberratum a *duplex* ad *triplex*. Cfr. Madv. Emm. p. 452. Omittendi centuriones Livio causa nulla fuit. Cfr. XLV, 40, 5, ubi in cod. omissum est centurioni triplex.

48, 1 scr. redisse; *ii* ante *s* suspectissimum est in prosa oratione.

48, 5 vix necesse est scribere ventum est pro v. esset.

48, 6 aut comma post metuendum tollendum aut post reliquisse quoque ponendum, quoniam haerentem est accusativus praedicali, gravem et metuendum simplicia attributa.

49, 8 proba Madv. coni.: nimiam et effrenatam et aliis — habeant, praecipitem esse. Aberrando ab et ad et omissum et effrenatam, tum falso loco additum, et quidem,

ut necesse fuit, inverso ordine verborum (effrenatam et pro et effrenatam).

50, 6 interpungendumne pretium, in capita quod —?, et 7 Adiice nunc, pro portione quot —?

52, 5; v. ad XXVI, 14, 8.

56, 6 pro numero cuiusque, i. e. magistratus legative = populi, civitatis.

56, 12 notandum (at in SCto) hoc: ad quam diem L. Cornelius consul edixisset et in quem locum edixisset Etruriae.

59, 7; v. ad XXI, 19, 6.

62, 1 post discordes praeter sensit etiam esse excidisse potest.

62, 11 ex arguebant ad illa: si quis — audiendum dicebant; cfr. Madv. praef. ad XXXVIII, 22, 5.

62, 13 ego sponte, ut Madv., conieci ceperint; cfr. § 12 vi atque iniuria partum; 13 qui plus armis potuisset.

Liber XXXV.

8, 6 notandum quum etiam pro eo, quod est praesertim quum, positum.

10, 5 scr. cum Drak. sed quo.

10, 6—7 commata post facit et erant ponenda erant. (Accedebat, quod 1) alter a) decimum iam annum — facit, b) consul — fuerat; 2) in Quinctio a) nova — erant, b) nihil — erat.)

11, 2 comma inter post et per ponendum.

11, 4 sic interp.: se, parte utra vellet, cum —.

12, 8 propter fortasse non interpolantis est, sed aberrantis ad praetermississet.

13, 3 miserunt repetitum est ob tot illa interiecta: qui — turbaret.

38, 8 scr. neve alios parato; cfr. § 2, 3, 5, 8, 9. — Ibidem Madv. coni. monerem eius belli causa, quod praefero alteri eiusdem: moneres belli causa, quod (B. et dett. ea pro ex). Requiritur pron. eius («den, en saadan Krig, som — = en offensiv Krig»). — Ibidem equidem defendo ordinem verborum, qui in M. fuit, nulla quarum; ponderis enim plus est in nulla. Non ita pauca apud Livium exempla sunt praepositi relativo pronomini eius verbi, in quod pondus incumberet; v. XXIII, 12, 8 quid — minus laetum quod esset, XXVII, 12, 17 ala, prima quae fugit (v. ann. ad eum locum), XXXII, 26, 7 missis, primum qui in Setino agro, deinde circa Norbam — sollicitarent, XXXVIII, 41, 4 Apollinis, Zerynthium quem vocant (cfr. XLIII, 21, 8), XLII, 1, 11 per oppida, iter qua faciendum erat, 11, 2 beneficiis, ingentia quae in eum congesta erant, XLV, 12, 5 redde responsum, senatui quod referam, 13, 2, ubi cum cod. scr. pacem —, senatui quae placuisset. His locis illos quoque interpungendo addendos mihi videri supra significavi: I, 23, 7 res, ex foedere quae repetitae sint, XXXIV, 50, 6 pretium, in capita quod redderetur, XXXV, 43, 4 collectis, in alto quae —, supra 17, 13 (v. ad eum locum); addo infra 44, 5 comma post ornamenta delendum esse, et XLII, 39, 2 sic interpungendum: domum, certa quae audissent. (III, 38, 2 corrigendo eandem formam mihi restituendam videri, dixi ad eum locum.) Non numeravi eos locos, ubi pronomem relativum ad sequentem sententiam primariam

pertineret, de quo genere Madvigius breviter exposuit G. L. § 465 b; v. II, 26, 3 vix fugae quod satis esset virium habuere, XXVI, 9, 14, XXVII, 4, 9, XXXVIII, 39, 1, XLII, 12, 10; ea forma mihi restituenda videtur XXVII, 1, 15 Romani qui — evaserant, — perfugerunt, XXXVII, 23, 9 deinceps quae sequebantur —, XL, 29, 13 pretium pro libris quantum — et 32, 1 Postremi Celtiberorum qui —, XLII, 6, 12 Legati qui in Syria fuerant. Similiter interrogativæ sententiæ verbum aliquod praeponendum esse his locis mihi videtur: I, 26, 1 roganti Mettuo, ex foedere icto quid imperaret, XXXIV, 50, 7 Adice nunc, pro portione quot —, nec XLII, 19, 3 aut XLIV, 8, 3 video cur a scriptura cod. Vind. discedatur. Eodem genere dici nihil ut, prope ut, *simm.*, verbo monuisse satis erit.

38, 13 ego sponte, ut Madv., *coni.* talentum pro talenta.

39, 9 sic interp.: et Milesiis, quem sacrum appellant agrum, restituerunt; cfr. ann. ad V, 40, 1.

40, 1 comma post Gallorum delendum (*regulis datus est*); deinde post dixit colon vel semicolon ponendum; an Livius scripsit, ut in quibusdam codd. est, denuntiavitque, ut que ante ut exciderit?

41, 3. Madvigio suspectum hoc: impedimentorum pars cecidisset; ego defendo, ut sit idem, quod iumentorum (vid. Caes. B. G. VII, 45) eorumque agitatoribus («Bagagemandskabet»), agasonibus, mulionibus, diversis a calonibus, i. e. militum servis. Cfr. Front. Strat. II, 1, 11: interfectis omnibus impedimentis, Veget. Mil. III, 6: ad exemplum militum etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt, ubi *imp.* est «Bagagemandskabet», ut nostro loco.

42, 1 fortasse inter *-la* et *m* excidit *tam* (*tā*); sine *tam* sq. ut iusto durius pro adeo ut positum est.

42, 10 scr. ex iis.

43, 3 ad questi auditur sunt, ut supra 40, 6, XXXVII, 30, 8, al.; v. ann. ad X, 17, 8. Quare hoc quidem loco vix opus est cum Madv. § 6 sic interpungere: superesse, — haec querentes (*accus.*), ut sit *anacoluthon*. Ego sic interp.: superesse. Haec querentes —

43, 6 comma post ipsos delendum; neque enim commate interposito convulsos a deos ipsos divellere licet.

43, 11. Ambraciam captam, i. e. Ambraciae captae imaginem.

44, 5 comma post ornamenta delendum; cfr. ann. ad 38, 8.

45, 3 ego sponte, ut Weiss., coni. prope *in* ipsis iugis.

45, 6 scr. de omnibus iis; cfr. § 7 eorum.

45, 8 sic interp.: «At eo ipso contentus fuisti: recto — desumpseras.» An —; ad eandem formam 59, 1—2 sic: «At hercule — versum.» An —.

46, 15 Livius scripsit: Merito — prospere bello gesto (i. e. quum bellum gesserint) triumphum petent, quibus auctoribus gesserint. Nondum enim consules bellum gesserant; cfr. 44, 8—9.

47, 6 notandum toties de re bis facta; v. c. 23 et 26—27.

47, 12 etsi coniunctivus referant intelligi potest (scil. si mittatis et quaeratis), tamen Livium opinor scripsisse referent, quod magis convenit superioribus: Mittite — et quaerite, et sic interpungendum esse: quaerite, — liberati sint: quoties — abactae, referent.

48, 2 recte Drak. ex M. (nisi quod is pro verū habet vera): At enim sunt quidem ista; verum etiam —; cdd. vulgares interpretando: At enim sunt (om. quidem) haec ista; verum etiam —; interpretando, inquam; nam sunt ista recte dicitur pro eo, quod est ista ista sunt (sc. ut dicis «det er saa»); cfr. Cic. Acad. I, 9, Lael. 6, quaeque praeterea adolescens disputavi in libello, qui inscribitur «Adnotationum in Ciceronis Tusc. Disp. Specimen primum», p. 11—14. Madvigii correctio: At enim sunt quidem ista vera, sed etiam — lenissima illa quidem et facillima est, sed vix necessaria.

48, 3—4 primum erant scribendum de diversis terris; sequitur his (vel, ut ego scribendum arbitrator, iis) terris et terra mareque habeant. Deinde commate omisso scr. erant ad curandum —; haec enim verba: ad curandum — fieret necessario iungenda non cum illis: aliquid interesse, sed cum iis, quae proxime praecedunt: quo — erant (hac sententia: ita ut vobis curandum animadvertendumque esset), sicut ad posterius membrum: hoc, quo adimitis annexa sunt ea, quae illis: ad curandum — fieret respondent: curae — habeant (i. e. eoque ipso curae vestrae esse censetis, ut — habeant).

48, 5 comma post Asiam ponendum, non semicolon, quoniam haec est sententia: An, quum, nisi — Asiam, si Gallorum — esset?

48, 8 comma, non semicolon, post locatos ponendum.

48, 9 cum his («med disse — de sidste») esset cum Gallis; sed h. l. non de Gallis solis loquitur Livius, sed ait, senatum bellum decrevisse populumque iussisse generatim atque universe cum iis (i. e. omnibus omnino iis), qui intra praesidia Antiochi fuissent. § 11 demum ad Gallos proprie singulatimque commemorandos transit: In qua causa quum Galli ante omnes (qui intra praesidia Antiochi fuissent) fuissent. Quare h. l. scr. iis.

49, 9 restituenda est vulgata ante Madv. scriptura: In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut talem civem amitteremus, haerent. Neque enim abundat casu, utpote quod e contrario ponatur iis, quae quis ne fiant praestare potest (§ 8). In hoc casu (i. e. in eo casu, quod ex vulnere A. Minucius mortuus est) rite et quidem paene necessario explicatur addito: quo inf. incidit, ut talem civem amitteremus (i. e. in hoc infelici casu, quo talem civem amisimus); necessario, inquam; alioquin enim, hoc quo referendum esset, parum appareret praecedentibus pluribus illis: necubi — ne quid — ne quod — ne quis — ne ex —. Madvigium offendit casu, quo — incidit; sed sic etiam Corn. Nep. Hann. 12 accidit casu, ut, al., Cic. N. D. II, 6 Id evenit — casu; cfr. ad Fam. V, 17, 3 viris — tales casus incidisse, Planc. ibd. X, 21, 6 Nec mori, si casus inciderit, — paratior fuit quisquam. (Livius I, 46, 5 et XXVI, 23, 2 et XXXVIII, 58, 9 habet: forte ita incidit.) Neque vero codices, ut Madvigio videntur, suspicionem mendi movent. In arch. fuit in hoc casu, quo (et sic M?), inde Lov. 3 in hoc iniquo casu quo (aberrante librario ab in hoc ad sequentis versus iniquo), 4 cdd. transponendo: in hoc quo casu, 4 alii (transpositum) quo omiserunt, in uno, ut in edd. ante Aldum, ex quo transposito male factum est quoque.

49, 10 comma inter quod (= illud, quod) et saltu ponendum, item post circum venerunt.

49, 12. Si — vidissem, tamen — merueram, i. e. me triumphare aequum fuerat.

50, 1 scr. ex Madv. conii. Dimittitur senatus [in] ea opinione; in sine dubio est aberrantis ad in serum; addito in hominum, non ipsius senatus, opinio esset.

52, 2 notandum assuetus accommodatum ad prius animus, quia animus et natura («Charakter og Natur») synonyma

sunt; ne quis ei pro et scribendum putet. Cfr. XXIV, 2, 3, Obs. ad Cic. Sest. p. 13.

52, 3 scriberem confidenter causam esse, nisi § 10 quoque esset morbum esse causae fratri; quamquam ibi quoque causa *E* facile ex causa *F* fratri nasci potuit. Ne Livius quidem mihi videtur dixisse: Aliquid (mihi) causae est («er til Aarsag for mig»); de Cicerone vid. Emendd. Cic. Epist. p. 75. Apud Tibullum III, 2, 29—30 est Dolor huic — causa perire fuit; Livius I, 33, 3 scripsit: ea causa diruendae urbis fuit Romanis, V, 55, 5 ea est causa, ut —; cfr. VI, 31, 7, XXXIV, 46, 6, XXXIX, 6, 4.

52, 5 scr. iis.

52, 11 scr. rebus gestis *suis*, honoribus populi Romani. Suis post *gestis* facillime excidit. Cfr. 53, 4 nullisne meritis suis, nullis vestris honoribus et 51, 11 vos honoribus vestris —, ego vestros honores rebus gerendis —.

53, 4 ego vestris honoribus (ut vos § 3 de pop. Rom.) defendo a Madv. coni. nostris; cfr. 52, 11.

53, 8 certe ruri («*paa Landet*») scribendum fuit, *e* pro *i* scripto ob sq. *eo*; sed Livius sine dubio scripsit *Morientem* in rure eo ipso loco (i. e., in villa sua s. in praedio suo *Liternino*); cfr. 52, 1 in *Literninum* et 7 ex villa sua; de universo rure («*Landet*») parum aptum est eo ipso loco sepeliri. In excidit post *m*.

53, 9 notandum omissum post quia verbum substantivum; cfr. VII, 27, 4, ann. ad X, 17, 8.

53, 10 notandum ex *adiicias* in primaria sententia *audiri* adiecit.

53, 11 scr. ex codd. omnibus: quo nullum maius neque (= aut) periculosius; maius fere idem est, quod periculosius, quare necesse non est neque geminare.

54, 3—4 scribendum puto *Velitis iubeatisne* — sunt?, ut est XXII, 10, 2, similiterque apud Cic. in Pis. 72 - ne ante ut addendum; magis etiam in sententia secundaria *vellent iuberentne* scribendum XXI, 17, 4 et XXXI, 6, 1, ut est I, 46, 1, XXX, 43, 2, XXXIII, 25, 6, XXXVI, 1, 5, XXXVIII, 46, 13. ¹)

¹ [Cfr. tamen, quae in contrariam partem Aubertius disputavit in *hornum Annalium* vol. IX p. 176. — 55, 3 male pro *adeo* irrepsit *ideo*. O. S.]

55, 6 scr. sex millibus — quadringentis — plus accepisse; cfr. Madv. praef. ad XXII, 23, 7. Librarius, ut multis locis, notas numerorum falso legit. Ad sqq. A. Hostilium — quadringenta tria — ducenta non auditur hoc: plus quam in aerarium retulerit. (De libris Valerii Antiatii iam Livii temporibus in notis mendosis cfr. § 8.) Quod 59, 7 legitur quid plus, aliam rationem habere videtur, de qua exposuit Madv. ad Cic. Finn. V, 91; exemplo Ciceroniano ibi e Verr. IV, 32 posito add. Lael. 58: ne plus aequo quid in amicitiam congeratur, Ter. Hec. V, 1 (s. IV, 5), 4, Phorm. III, 6 (3), 21.

55, 9. De duplici comparativo v. ann. ad IV, 9, 3. — Ibd. et 12 fortasse excidit HS ante quadragies priore loco post potius, posteriore post-set; cfr. Madv. Emm. p. 594.

56, 9 iniuria Madvigio suspectum hoc: quo post famam de casu fratris allatam = et post famam — eo allatam; nam qua necessitate dicitur: quo postquam fama — allata sit, relativo adverbio ante coniunctionem postquam posito, eadem quo ante post positum est (= quo fama — allata).

57, 2 sine dubio post duabus excidit Scipionis.

57, 8. De coniunctivo apud quamquam posito cfr. ad XXXVI, 34, 6. Sed ipsum quamquam h. l. minus certum videtur; est ita in edd. vett., incertum utrum ex codd. an e coni. Quam, quod in codd. fuisse dicitur, potest factum esse ex quum, quod fortasse causale potius quam concessivum esset; etsi ipsum quam (interrog. = quam valde) nescio an ferri possit, ut attractione haud rara sit = Haec quam — varient, de tanto viro proponendum erat. Ceterum opinionibus respondet famae (c. 56, 1), monumentis litterarum autem scriptis.

58, 8 in his: ut, quae — gessisset, praetereantur potest gessisset scriptum esse pro gesserit, aberrando ad esset; praecedit agatur, sequitur in sententia primaria praetereantur; sed dubium me faciunt quum alia, tum haec: 50, 7 expulisset — expellat, 58, 10 esset — fuerit, XXXIX, 29, 2 essent — cepisset — foret — maneret — sint (etsi ibi ex essent post-us facile fieri potuit sint, omissio es), XLII, 3, 6—9 violassent — diruisset — esset — sint (etsi hoc post-es facile pro essent scribi potuit), 24, 2 haberet — indicaverint, XXIII, 15, 4 qui remanserint ac — voluissent. — Ibd. ab senatu visum — a fratre, si verum

esset, significaret «fra Senatets Side — fra Broderens Side»; nam ab senatu pro senatui dici non potest. Ego haud dubito, quin Livius scripserit, ut Madv. et Weiss. coniecerunt, habitum; (ha omisso pro bitum scriptum visum; de *b* et *u* ob pronuntiationem, opinor, saepissime inter se permutatis vid. script. cod. Vind. libb. XLI—XLV).

58, 10 non sine causa Madv. haesit in *regios*, quoniam in *M.* fuit *regulos*, in *Voss.* *Rhodios*, in *Lov.* 5 *reges*, et voc. *egregios* quum in aliis codd., tum in *Vindob.* librorum XLI—XLV crebro corruptum est; *regulos*, *rhodios*, *reges* tamen facilius ex *regios* fieri potuerunt quam ex *egregios* (*ul — i, d — g, es — ios* ante duces); sed in arch. ex *egregios* facillime nasci potuit *regios*, omisso *eg* ante *reg.* At vix **multi alii** Antiochi duces *egregii* fuerunt, atque eundem, qui imperator Punici belli fuerit ipsum est = *egregium*.

58, 12 ego sponte, ut *Drak.*, conieci scribendum quamquam exstitissent —, tamen — valuisse; sed praeterea addendum est at, quod post esset aberrando excidit. Si quamquam h. l. correctivum esset («hyvorvel, og dog»), Livius certe scripsisset sed vel sed tamen, non solum tamen.

59, 1—2; v. supra ad 45, 8.

59, 3 in excidit inter non et decem aliis triumphis. Neque enim dicitur triumpho ferre, ducere, sed in triumpho f., d. (ut hoc ipso loco, 60, 6, XXXIX, 7, 1, al.), neque facile in ex tantum — in triumpho L. Scipionis audire licet, non plus quam XL, 5, 11, ubi Madv. ex *Gron.* con. post haec: tantum in externis auxiliis est praesidii scripsit quantum periculi in fraude domestica.

59, 4 notanda in media orat. obl. haec sola sententia recta oratione posita: Nam quid — dicam? pro diceret vel dicat (v. Madv. *G. L.* § 405 b). Potest Livius perspicuitati hoc dedisse; quamquam, si ita scripsit, longe durius in **primaria** sententia indicativum posuit, quam aut ipse II, 32, 11 rem ex naturae cognitione petitam aut Caesar B. G. I, 40, 5 in oratione a se ipso habita rem ex historia sumptam in **secundaria** sententia indicativo modo extulit. Sed quum et supra 8, 6 nolle dicere ex orationis directae nolumus dicere fecerit (ubi sic licebat dicere: gentis quondam sociae, si non iniuriis, at miseriis certe coactae insanire) et XXXIX, 11, 7 in **secundaria** sententia optativum pro parenthesis (dii propitii es-

sent) posuerit, quum igitur his locis duritiem non vitans ad amussim scripserit nec multo minus dare ob omissum nam XXII, 55, 4 et fortasse pluribus locis, paene adducor, eum hic quoque dicat scripsisse (non diceret; cfr. fuerint, conferatur, sit, amplectatur), quod ob sq. Asiam librarius facile in dicam mutare potuit, creberrimo aberrandi genere (v. script. cod. Vind. libb. XLI—XLV).¹⁾

Liber XXXIX.

2, 3 aut sic interp.: effusi rursus et, pars maxima inermes, per —, aut, quod malim, sic: effusi rursus, et, pars maxima inermes, per —, ut ad effusi audiatur sunt; v. ann. ad XXI, 25, 9.

2, 9 inter et et Friniates auditur ii (cfr. § 1); an vero excidit II (EI) post ET ante F?

3, 2 comma post senatum delendum.

4, 4 probò Madv. coni., unius excidisse post-um (Fulvium), ut § 5 tum Fulvius post-turum, etsi Livius etiam alibi, ubi perspicua sententia sit, non addit.

4, 8 notandum notissimae recte interpositum inter sint et sibi cum consule inimicitiae («da han havde et saa bekjendt Fjendskab med Consulen»); vix enim Livius sibi cum consule inimicitiae pro eo, quod est suae c. c. inim., dixit («da hans F. med Consulen var bekjendt»; cfr. § 5 si simultas M. Aemilii secum ignota hominibus esset).

4, 9 sine dubio excidit sit post pugnatum; cfr., quae praecedunt: quae oppugnata sit, ubi — facta sint, et quae sequuntur: ubi — tenuerit, ubi — sint caesa.

5, 5 sic interpungi malim: Ne hoc quidem — exercuisse?

5, 9 scr. in ludis consumi; aberravit librarius ad sq. in ludos. In prosa oratione vix quisquam dixit in rem aliquam aliquid consumere. Sic dicitur insumere, impendere.

5, 10 auditur, opinor, ut alibi, denarium post octoginta millium; certe non aeris, sed potius HS audiendum erat.

5, 14 commata post coronae et pondo ponenda. — Ibid. scr. cum Gron. tetrachmum Atticum, ut est 7, 1, XXXVII,

¹⁾ [Cfr. tamen Curt. IV, 21, 5: ne Sogdianos et Arachosios nomen, etsi hoc quoque minus durum. O. S.]

46, 3; recte Philippei nummi scribitur ob trecenti viginti duo.

6, 8. Madv. in Emend. p. 139 recte mihi videtur defendisse scripturam cd. Mog. psaltriae sambucistriaeque et convivalia alia ludorum oblectamenta — addita epulis; ex convivalia alia in vulgarium arch. aequae facile fieri potuit convivia alia atque ex convivalia ludorum in Mog. convivalia alia.

7, 1 comma post aureas ponendum. — Ibid. de cistophori (gen. sing. collective = cistophorum) cfr. XXXVII, 46, 3, Cic. ad Att. II, 6, 2 et 16, 4, XI, 1, 2: Ego in cistophoro in Asia habeo ad HS bis et vicies, de Domo 52.

8, 6 omittendum comma post maioribus.

8, 7 non probo Madv. coni., scribendum esse clandestinaeque pro intestinaeque; nam intestinae caedes sunt caedes intus (domi), non foris, factae eoque clandestinae; cfr. de eadem re 13, 13 quos — ex conspectu in abditos specus abripiant; apud Ciceronem Verr. I, 39 occultum malum explicatur addito intestinum ac domesticum. Ex clandestina potuit fieri int-. Ut h. l. intestinae respondet verbo, quod est exstarent, sic Verr. I. c. intestinum ac domesticum respondet verbo, quod est existit.

9, 1 Livius sic scripsit: urbis magnitudo capacior patientiorque talium (i. e. quale hoc malum ex Etruria oriundum fuit) malorum eam celavit. Eam est huius quoque mali labem; sequitur contrarium illud: tandem indicium (eius mali labis) ad Postumium consulem pervenit. De uno malo celando, non pluribus, agitur. Ex ea factum est ea, praesertim praecedente malorum.

9, 6 nec violentior Ussingii coniectura pro iuxta vicinitatem scribentis orta ex vicinitate nec lenior Heerwagenii scribentis iuncta vicinitate probanda mihi videtur; nam iuxta ex iungendi verbo factum facile transit in eandem, quam habet iunctus (cum) re, significationem, ut sit fere idem, quod cum («i Forbindelse med»), itaque Tacitus Germ. 21 dixit: Periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem, Varro apud Nonium p. 322 M. quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam (= Liv. I, 57, 9 deditam lanam inter lucubrantes ancillas = cum ancillis). Ceterum iuxta etiam idem esse potest, quod orta ex («ifølge, som Følge af»), ut Iust. II, 12, 25.

10, 9 scr. ab iis sacris, ut § 8 est eam rem.

13, 4. optime in eo ipso («just deri») meritaе, scil. quod silenda enuntiando terrens eum ex pernicie servare voluisset (§ 2). Quare non scribendum de ipso, quum praesertim ex de ipso vix potuerit fieri in eo ipso. (Ex optime in M. ante in factum est optimi, tum merito accommodando in meriti mutatum.)

13, 9 commata post primam et suos ponenda. — Ibd. de tribus, pro quo expectari potuit ternis, ut § 8 ternos pro tres, cfr. ann. ad XXIX, 15, 7.

13, 14 scr. in iis.

14, 1 scr. ablegarent; cfr. 13, 6: Sulpiciam — consulem orare, ut se — amandarent; cfr. etiam 13, 1 et 3: ad pedes Sulpiciae procidit et eam primo orare coepit — Sulpicia attollere paventem cett.

14, 2 miror neminem vidisse, excidisse aperto ante aditu (aberrando ab ap-ad ad-); ut respondent inter se scalis et aditu, ferentibus et verso, in publicum et in aedes, sic obseratis respondere debet aperto; sine hoc esset: «med en ind imod Huset (ned til nederste Stokværk) vendende Indgang», quod totum abundaret.

14, 9 exciditne in ante libero? An libero conclavi est abl. instr., quemadmodum dicitur carcere includere?

16, 4; v. ad XXIX, 9, 4.

17, 5 commata post iis et post feminaeque ponenda.

17, 7 scr. iis; sequitur eos.

19, 4 scr. singulis iis (cfr. § 3 eorum opera), dein sine dubio ferrent uti, quemadmodum bis supra est.

19, 6; v. ad XLI, 9, 11.

20, 1 exciditne socium ante Lat. nominis? Cfr. § 3.

20, 3—4. Si sana essent, quae hic eduntur, sic interpungi debebat: Duas — iussi sunt (et — trecentos) et —; nam aliter ex scribere iussi sunt non licet post illa: et — imperarunt audire scribere (iussi sunt); neque per zeugma ex imperarunt audiri potest scripserunt, quod per se ipsum falsum esset; cfr. § 4: consules — T. Maenium dilectui habendo praefecerunt. Sed, quoniam h. l. non, consules quid fecerint, agitur, sed quid senatus ut facerent decreverit, mihi persuasum est, Livium sic scripsisse: (1) Duas — scribere iussi sunt et (2) viginti — imperare et — trecentos et (3) tria — equites scribere; totum hunc exerci-

tum praeter legiones (i. e. duabus legionibus novis exceptis) duci placebat. Sic recte se habet iussi sunt — placebat post decretus erat. Cfr. simillimus locus XL, 36, 8. Ex imperare factum imperarunt, opinor, quia post iussi sunt librario ante oculos observabatur imperavere.

22, 1 ego ex Madv. sententia † Apparatos deinde. Certe Livio scribendum fuit Apparatissimos.

22, 2 scribendumne tum primum?

23, 9 notandum in his: quia — deditum est, aegre eam rem tulerat particulam quia prorsus pro quod positam esse (cfr. § 6 una eum res — angebat, quod — erat), cuius usus apud Livium haec praeterea exempla sunt: II, 7, 4 eo insignis —, quia, XXXIV, 4, 9 quid legem Cinciam — excitavit, nisi quia, XLI, 16, 1 quia — precatus non erat —, religioni fuit (nam II, 1, 7 inde potest intelligi ex eo tempore), apud alios scriptores haec, partim a Siesbyeo monstrata: Cic. pro Rosc. Amer. 2, Verr. V, 48, Famm. VI, 22, 1, IX, 16, 2, Finn. V, 31, Tusc. I, 42, II, 60, de Fato 18, Hor. Sat. I, 9, 51, Quint. II, 12, 5, Tac. Ann. XV, 28. Quare etiam Liv. I, 40, 4 codd., ut mihi videntur, recte habent: Sed et (1) iniuriae dolor — stimulabat et (2) quia — futurus erat; tertia causa laxius annexa est: tum (= praeterea) Servio — videbatur. Copulatio quidem substantivi et sententiae nihil offensionis habet; v. Caes. B. G. III, 18: Multae res — hortabantur —: cunctatio, — confirmatio, inopia —, spes —, et quod — homines — credunt, Curt. VII, 10, 38: incitabat virtutem et cupido et quia —, Tac. Ann. II, 43, IV, 16 (?), VI, 9 s. 15, XI, 25 (ubi sententia quia incipiens pro dativo posita est). — Ibidem de deditum est, pro quo Madv. post iussus erat coniecit deditum scribendum esse, cfr. § 12 fecit post expulerat — receperat, ann. ad IX, 22, 2.

23, 10 vix prorsus necesse est et post inferret addere. Quum inter se contraria referantur haec: Athamaniae — inferret et haec: urbes — adiiceret, asyndeton mihi admitti posse videtur.

25, 2 notandus pluralis numerus apud quisque positus, durius ob additum eorum quam in iis locis, quos Drak. ad II, 22, 7 citat. Simile est, quod apud Ciceronem legitur de imp. Pomp. 4: quorum alter relictus, alter lacessitus — arbitrantur; neque enim veri simile, si arbitratur fuisset, id quemquam in arbitrantur mutaturum fuisse.

26, 12 scribendumne vellent pro velint? Cfr. tamen ann. ad XXXVIII, 58, 8.

27, 6 scr. civitatibus iis.

28, 5 ego sponte, ut Madv., coni. fuerint.

29, 2 comma post et, non ante et, ponendum erat. — lbd. de sint cfr. ad XXXVIII, 58, 8.

29, 7. Scribendumne h. l. et XXVIII, 38, 14 relaturum et retulisset? Cfr. Drak. ad h. l.

30, 9 comma post Inde ponendum.

31, 18 ego sponte, ut Madv., coni. tenuerant.

32, 3 ego: ceperunt; [et] inde. Et, sive ex praecedente t ortum est sive aberrando ad sq. versum, vix aptum est ante inde; asyndeton (inde = sed inde v. inde autem) aptissimum.

32, 10 cur volitando, ut in codd. est, ferri non potest, ut tot aliis locis, sic hoc fere = volitans? praesertim quum ob tot verba interiecta illa: coerceri — nequirit per anacoluthon dicta sint = tamen in effuso studio perstitit. Librarius vix quisquam volitans ita correxit; an -do ex toto foro fluxit? Cfr. ann. ad XL, 33, 9.

32, 11 notandum prius = potius, ut in locis ab Handio Turs. IV p. 568 n. 6 positis, quibus praeterea addi potest Ter. Andr. prol. 27.

35, 6 colon post actum ponendum erat.

35, 7 ego sponte aliquid inter esse et ubi intercidisse suspicatus sum.

36, 3 colon, non comma, post ostendit ponendum erat.

37, 14 comma post sed ponendum; intersit non pendet ex oro («men, jeg beder Eder, lad der være nok saa megen Forskjel»).

38, 5 comma post honos ponendum; respondent inter se simul ut et et ut.

28, 11 Livius, opinor, scripsit, ut debuit, legiones duas (IV ex II ortum); cfr. Madv. Emm. p. 457.

39, 2 necessario ob ei pro petebant scribendum petebat, quod etiam non sequente ei Livius scribere potuit, accommodato ad proximum subiectum communi praedicato; v. X, 27, 8 (diversae ferae, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos cursum flexit) et 39, 5 et 41, 11, XLI, 18, 15; nam XL quidem, 16, 7 omnino pervenerunt poni non potuit ob id, quod sequitur, accepit, nisi addito hic post exercitum-

que. Ceterum, quoniam haec: maxima ex omnibus contentione petebat artissime cum his: certamenque ei cum flamine erat cohaeret, mihi sine parenthesis notis scribendum videtur: Flaccus, is, quia — contentione petebat certamenque —.

41, 2. Quoniam unus significatur. Cato, et laesus et laedendi cupidus, Livius non potuit scribere et ab laeso a plerisque et a laedendi cupido (ut appareat hunc locum eximendum esse iis, qui in praef. Madv. ad XXXVII, 56, 5 ponuntur; nam ibi recte scriberetur et ab Eumene et a Rhodiis, *sim.*); potuit sic scribere: ab et laeso a plerisque et laedendi cupido; cfr. Cic. Famm. V, 20, 1 contra aut rem aut existimationem tuam, Tusc. V, 66, de quo genere Madvigijs ipse dixit G. L. § 470 ann. 1. Eius formae perrarae num apud Livium exempla sint praeter XLI, 11, 5 (inter simul complorationem —, simul nefandam caedem), non attendi; ut nostro loco, scripsit I, 32, 4 quum in novum, tum feroci populo et VII, 30, 23 ut aut de (= ut de aut) vestris futuris sociis aut nusquam ullis futuris nobis consulite et XXIII, 34, 11 non tam in periculosum quam longum morbum, ut dicitur tam in bona causa, *sim.*; v. Madv. ad Cic. Finn. V, 26. Eadem libertate Livius in his quoque particulis usus est: iam (XXI, 48, 4), haud (VIII, 2, 5, XXI, 49, 11, cfr. non ita apud Corn. Datam. 6), vix (XXIII, 11, 9, cfr. Caes. B. G. II, 28), vixdum (XXVIII, 2, 5), fortasse etiam maxime (XXVII, 18, 19) et aliis. Ceterum eiusdem generis est, quod XXIX, 32, 3 legitur: prope iam ut debellato, i. e. utpote quum prope iam debellatum esset.

42, 9 fortasse amatori iungendum est non tam cum iactaret quam cum obsequium; v., quae de dativo apud substantiva verbalia Madv. exposuit G. L. § 244 b ann. 5, Praef. Liv. V. IV P. 1 p. XV; exemplis ibi positis add. XXIV, 10, 13, XXXIV, 16, 7. (Apud alia substantiva Livius posuit XXIX, 25, 8 et XXX, 16, 12, Cicero Div. in Caec. 30.)

44, 2 suppleendum fuit non decies pluris, sed decies tanto pluris, quam quanti essent; v. § 3 uti ea quoque d. tanto pl., quam quanti essent, aestimarentur. Scilicet librarius archetypi aberravit ab essent ad essent. Tanto prorsus necessarium est; quam quanti essent, si altero utro loco Livius audiri vellet, posteriore, non priore, omisisset.

44, 3 scr. iis rebus, ut est ea quoque.

45, 2 Livius sine dubio scripsit Albinus, P. Cornelius cett. Prius et necessarium ob illa: qui — petierat interiecta; posterius est aberrantis ad prius.

45, 7 scr. ex iis.

46, 5 del. ex Ussingii coni. erat; post alteram religionem iniectam supplicatio indicta est, non antea indicta erat.

47, 3 scr. de iis rebus.

48, 4 exciditne et post placuit?

50, 4 comma post Ita ponendum.

51, 2 comma post Ibi ponendum.

51, 8 nihil opus est addere inquit, modo sic interpungatur: poposcit: «Liberemus diuturna —.»

52, 1 fortasse non Livius ipse erravit (cfr. XXXVIII, 28, 2 tertium), sed librarius aliquis scribendo II pro III.

53, 10 alii sive ex legati (ali ex -ati) ortum sive glossema ex sq. priorum legatorum ductum. — Ibd. comma post venerunt delendum.

53, 12 scr. ex Madv. coni. media Thracia. (In addito aberrando ad in Odrysas scriptum \bar{a} — \bar{a} pro a — a .)

54, 7 comma post speciosam ponendum.

55, 4 ego sponte excidisse aliquid post Ut suspicatus sum.

56, 4 scribendumne quintus is annus?

Liber XL.

1, 1 aut post Consulibus comma ponendum aut post Ligures et decerneretur commata omittenda.

3, 3 haec: quondam — est parenthesis signo includenda.

5, 4 scr. ex iis.

5, 7 scr. ex Madv. coni. ad mentionem Romanorum; codd. spem estne aberrantis ad sq. speciem?

7, 3 ad commemoratio auditur fiebat ex iactabantur.

7, 6 notandum ire pro ituros positum ob ea, quae praecedunt: Quin — imus?

8, 2 ego sine uncis: Cui quum pater, scil. diceret, quod ex his: et — interrogaret per zeugma auditur, quum praesertim inquam imperfecto coniunctivi careat. Cfr. 9, 2, ubi ad haec: Non nequiquam — habere ex illis: me — genitum appellant sumendum est aiunt. De cui — et — eum v. Madv. G. L. § 323 b, infra 56, 3. Si cui ferri non posset, licebat ex cui (quoi) facere qui (hac sententiae forma: qui,

quum pater — inquit). Ceterum quoi ex quom facile potuisse fieri non negaverim.

8, 12 colon post posui ponendum erat.

8, 14 commata post fratres et aetatis omittenda.

9, 1 comma post facinus delendum.

9, 12 notandum hoc noctis = eo noctis tempore (§ 7 nocte intempesta), ut dicitur id temporis.

9, 14—15 notandum arcesse pro arcesso, habe pro habeto, ut V, 16, 10 insiste, XXVIII, 41, 10 expugna.

11, 7—8 sic interpung.: «Obstat frater — defendent factum.» (ficta fratris oratio haec est); item 13, 1—2 sic: «Volui — interficere.»

11, 10 colon, non semicolon, post habet ponendum erat.

12, 9 recte Livius sententias condicionales de re ficta indic. modo extulit: si — eram, si — inieram, hac sententia: «si re vera, quemadmodum tu arguis, res ita se habet, ut proditor fuerim, ut cum Romanis consilia inierim —»; atque ita saepius indicativus, ubi coniunctivum expectare possis, ponitur in argumentis adversariorum quasi nude ponendis et simul diluendis. Similiter infra § 10 est si — erat, § 15 si — credebam, 13, 6 et 9 si — volui, si — credebam, 14, 4: si — expugnaturus eram. Ciceroniana exempla haec ponantur: pro Rosc. Am. 96 et 108, Verr. II, 44, IV, 43, pro Sulla 52, pro Ligar. 25.

12, 11 ego: utrum † ipse ego an tu mihi; fortasse enim cum Roëllio scribendum: utrum ego tibi an ipse tu mihi; an ipse ortum est ex per se, an Livius scripsit per se ipsum quaereretur?

12, 17 probo Madv. coni. quum et ipse talis sit et tali pietate, etsi et potest ortum esse ex nutu et consilio.

13, 4 sic interp.: in animo, ut vel potius: in animo, — ut.

14, 4 ego defendo milites Madvigio suspectum; iocatur enim Demetrius, quasi bellum fuerit ipseque imperator; cfr. expugnaturus, capta, § 11 capi et expugnari; et re vera milites eius eodem die in militari certamine ludicro fuerant; cfr. 9, 11 hostili proelio.

14, 8 ego: est. † Et sui; nam Ei, quod Madv. ex Et fecit, abundat post fatentur, et vis sententiae inest in illis: se tuendi causa. Ego malim delere Et, ut ortum ex est vel ex et ante palam. — Ibidem interp. dicunt: recte.

15, 4 ad sperare ex forsitan debeam audiendum debeo.

15, 12 ego confidenter scripsi ad meditandam et componendam orationem; cfr. § 13 praeparata ac meditata oratione et § 14 defensionem meditarer.

15, 13; de quo v. ann. ad XXVI, 51, 3.

16, 3 ego ex Madv. sententia: quod † maxime. Livius sine dubio scripsit quod maximum cum Perseo gerendum erat, i. e. maximi Macedonici belli, quod —; de qua frequentissima attractione vid. Madv. G. L. § 320 ann.; sic recte inter se referuntur semina et maximum; nam ex parvis magna.

16, 7 comma post pervenit tollendum.

16, 8 de duris proeliis cfr. Caes. B. G. I, 48, V, 29, B. C. III, 94; sed dura gravius est, quam quod Livius facile de Romanis in Hispania proeliis dicturus fuerit; quamobrem mihi quoque probatur Gron. coni. dubia.

18, 4 sic interp.: L. Duronio Apulia, et Histri adiecti (scil. Duronio) —.

18, 7 notandum tantum ut positum pro dummodo; cfr. Cic. Brut. 38, pro Tull. 5, pro Caec. 23, pro Flac. 66, tantummodo ut pro Sulla 30, Famm. XVI, 12, 4, tantum ne Liv. XXI, 19, 5.

19, 2 post hastas excidit sine dubio sua sponte et aut dei deorumve nomen aut loci aut utriusque; cfr. XXIV, 10, 10 et XXI, 62, 4, ubi se commovisse idem est, quod sua sponte commotam.

20, 6 vide ne ante neque scribi exciderit neque nuntios mitti simileve aliquid. Neque enim prorsus certum est, Livium in media sententia (si nec ipse excipias, quod ut et ipse dicitur) nec pro nequidem dixisse: III, 52, 9 ante *tem* excidere potuit *quidem*; VI, 15, 7 cur nec ferri non posse videatur, ad eum locum dixi.

21, 6 comma post proponeretur tollendum; v. ann. ad V, 40, 1.

22, 4 si deest erant, excidit, opinor, post contacta ante nebula potius quam post nebula (ectan — erant); cfr. ann. ad XXIII, 43, 13.

22, 6 comma post omnes delendum, ne difficultate viae distrahatur a vexati; est accommodatum ad propius rex maiore vi positum (ante alios).

25, 1 intro non delendum fuit; nam multo veri similis est aut Livium h. l. introducere absolute, ut toties ducere

(educere c. 25, 10) posuisse aut excidisse exercitum inter veris et in (cfr. Caes. B. G. II, 5, B. C. III, 26, Sall. lug. 12, Liv. XL, 33, 3), quam intro ab ullo librario additum esse.

25, 7 exciditne Paulus sive ante duos sive ante Pisas? Cfr. ann. ad XXVI, 3, 7.

26, 5. De quo pro ut in sententia obiectiva posito cfr. praeter ea, quae olim Emend. Epist. Cic. p. 87 disserui, Cic. Cat. 80, Liv. II, 60, 1, XXXIII, 25, 8, XXXIV, 56, 9, XL, 54, 8, XLI, 4, 2, Hirt. B. G. VIII, 53, B. Afric. 91.

29, 2 scr. sex mensibus; v. ad XXVI, 51, 3.

29, 13 comma post libris delendum; v. ad XXXVIII, 38, 8.

30, 5 ego: hostium e castris procucurisset. Neque currendi verbum ipsum neque pro eam vim habent, ut praepositio deesse possit. Cfr. ann. ad XXVI, 19, 11.

32, 1 comma post Celtiberorum delendum; v. ad XXXVIII, 38, 8.

32, 4 scribendumne *In acie media* (addito in post *m*)? Sequitur cornu, in quo, cfr. § 5 et 6.

32, 7 comma post victoria delendum hac sententia: Victoria, etsi magna, non tamen incruenta fuit.

33, 2 scr. non quia-cunctati essent; v. ad VIII, 19, 3.

33, 4 a domo petitum ex § 2 glossema falsum est; profecti enim ibi non de initio itineris («vare brudte op»), sed de progressu dictum est («vare dragne afsted, havde marcheret videre»).

33, 9 Livius sine dubio scripsit neque oppugnans neque expugnans, sed expugnando de itineris modo («idet han indtog», fere = expugnans). Cfr. ad XXXIX, 32, 10. In arch. fuit oppugnando nec (do semel scripto). In Livii edd. haud raro oppugnare et expugnare inter se permutantur.

34, 2 ego sponte coni. centena quinquagena, itemque

35, 13 facilius est.

36, 8 scribendumne equitibus CCC pro CCCC? Cfr. § 10; e. 1, 5, al.

36, 11 scribendumne XIV millia pro XII millia? Cfr. § 9: sociis imperare VII millia peditum; hic de duarum legionum cohortibus sociorum agitur; ut equitum numerus hic altero tanto maior est, veri simile est peditum quoque duplicatum esse. Cfr., quae ad XLI, 21, 2 dicentur.

36, 14. A. 182 Livius pestilentiae mentionem nullam facit; de a. 181 cfr. 19, 7. Scripsitne librarius aliquis III pro II, an

Livius ipse erravit, an ea, quam 19, 7 commemorat pestilentiam, iam a. 182 esse coeperat?

38, 3 non addendum fuit ut ad edixerunt; cfr. 37, 6 adiecissee, pararet, 39, 3 Fulvium certiozem faceret, exercitum adduceret, XLII, 28, 8, alia permulta.

38, 6 aut comma post compararent omittendum aut post unde quoque et sedes commata ponenda hac sententia: unde compararent, quae in novas sedes opus essent.

40, 1 scr. aliquanto; v. ad I, 7, 9.

40, 4 (actum iam de h. e. erit). Solet hoc loquendi genere dici: actum est; h. l. ob iam («strax») dictum est erit.

42, 6—7 sic interp.: mortui sunt: L. Valerius — Labeo; P. Manlius — epulo (scil. mortuus est); Q. Fulvius —. — Ibd. scr. e Madv. coni. cooptatus; *is* tum —; is excidit post -us, ut c. 56, 2.

42, 8. Livius vix hoc uno loco pro sollempni appellatione regis sacrificuli (II, 2, 1, al.) posuit inauditum, opinor, illud: rex sacrificus; poetarum omnino adi. sacrificus est. Quare ego scripsi sacrificulo.

45, 1 malim sic scribere: etiam [tum] aliquanto aut sic: † et ea tum. Tum ferri mihi posse videtur, ut ob interiecta illa: arbores — cunctas repetitio quaedam verborum eo anno, cui e contrario respondent alias. An et ea tum ortum ex et ea eo, quod in cod. arch. supra tea corrigendo scriptum fuit tiam?

46, 6 scr. (v. Madv. praef.) dicerentur**, nisi forte implacabiles † fueritis; probabilis ac sine dubio vera coni. Madvigii.

46, 14 poterat quidem abesse questus (vid. Madv. praef.); sed sic Livius, opinor, queri post quum alia posuisset, non post Fulvius contra demum.

46, 15 ego: † mittere vere ac, incertus, Livius scripserit remittere se iras, finire odium (Madv. Emm.) an remittere se ac finire odium, ut vere ex se post -re ortum sit.

49, 4 comma tollendum post inde, quod artius cum prae-missis cohaeret.

52, 6 ego scripsi † sexaginta duae, magis probans Ursini coni. XIII quam Glareani XLII.

55, 4 comma post est ponendum.

56, 2 scribendumne tamen pro tantum post quidem?

56, 10 ante admoveri addo ad regnum; aberratum ab ad ad ad; audiri neutiquam potest. Cfr. 57, 1.

57, 3 probo Madv. coni. prope invitus; pro ante pe omisso et s geminato librarius addidit de suo ae.

57, 6 commata ante gens et post imminens tollenda; alioquin scriberetur tollerentur.

58, 1 praefero alteram Madv. coni. contenti erant aut in agmine contineri poterant. Aberravit librarius ab erant ad poterant, tum addidit esse, omisit poterant post contineri. In hac scriptura: neque Thraces commercio faciles erant, neque Bastarnae empto contenti nec poterant in agmine contineri non licebat in posteriore membro ex priore audire erant, sequente altera posterioris membri parte per neque poterant annexa.

Liber XLI.

2, 2 in his verbis: nec quidquam eos, quae — agerentur, fallebat potest quidquam esse accusativus mensurae, ut haec sententia: quae — agerentur interrogativa sit (cfr. XXXIX, 12, 6: nihil, quid ibi fiat, scire); sin relativa putatur, ut coniunctivus (agerentur) iterativus sit ob fallebat, ellipsis pronominis eorum durior est; etsi cfr. XXXVIII, 16, 1 nullam gentem, per quas ituri essent; quare Drak. fortasse recte addi voluit eorum, quod tamen ego mallem ante eos poni (ut aberratum esset ab eor- ad eos) quam post eos; de hoc verborum ordine: eorum eos, quae cfr. 6, 11 ullos alii cuiquam, qui —, 9, 1, si vera est, et ita esse credo, coni. Periz.: Provinciae deinde consulibus, quae —, XXXIX, 7, 8 Ludis Romanis eo anno, quos —, et 22, 8 L. Scipio ludos eo tempore, quos —.

2, 9. Cur M. Strabo non ab (ut in ed. Gryn. est) legione sua, quum via, quae Aquileiam ferebat, a duobus aliis tribunis educeretur, relictus cum tribus manipulis esse dici potuerit, neque Madvigius ipse dixit, neque ego intelligo. Et e sic (ab) corruptum vix esset. Ego itaque ab restitui.

3, 5 ser. ex Madv. coni. ad tertiam legionem revocandam et Gallorum praesidium *arcessendum missus*. Tertiani revocabantur a via, qua ducti erant, Galli autem arcessabantur ex castris suis (vid. 1, 7—8). Post -dium excidit arandum, sicut missus ante et simul aut fortasse potius post nuntius.

3, 9. tribunus primus sc. ex duobus, qui tum (duobus iis mensibus) imperium legionis habebant (cfr. 1, 7; Madv. ad XL, 41, 7). Primus, i. e. qui eo die legioni praerat.

4, 3 ex et reliquum agmen fieri potuisse et consul cum toto agmine nemo facile mihi persuaserit. Ego illud: consul cum toto agmine interpretor esse: consul cum reliquo agmine praeter Atii copias; cfr. 3, 8—4, 2.

5, 5 comma post militum, non post posset ponendum. — Ceterum dare, quoniam ex exigere vix licet audire, sine dubio excidit sive post quaeque sive post posset; cfr. 8, 7—8.

5, 11, si vera scriptura est, Livius ita partitus est: 1, a) dilectus omissus est, b) exauctorati, qui sacramento dixerant, et 2, exercitus — dimissus; sed vide, ne scripserit exauctoratis, qui («idet de bleve»); cfr. ann. ad XXXVIII, 34, 6.

6, 4 scr. datus in aede, non addito est; v. ann. ad XXXVI, 6, 4.

8, 4 Livius sine dubio scripsit et utrisque hostibus fuit, qui in his (scr. iis, ut § 5 est eae provinciae) provinciis bellum concivissent. Latinum vix est utriusque provinciae hostes (= «Fjender i begge Provindser»), et tamen sequitur in iis provinciis («Fjender i begge Provindser, som havde vakt Krig i disse Provindser!»). An potest utriusque provinciae hostes esse, qui utrique provinciae hostes erant? In Sardinia quidem eos populos intelligere licet, qui pacatam provinciam invaserant (vid. 6, 6); in Histria vero, ubi omnes in armis contra Romanos erant, quosnam?

8, 8 omittendum comma post se; nam quoque adiungit non Fregellas solum, sed totam sententiam Fregellas millia — querebantur; de quo usu particulae dixi ad IV, 29, 3.

9, 2 recipienda fac. Gron. coniectura: naves deduceret ex navalibus, quibus vellet. Necessario enim deducendae ex navalibus aliquibus erant, non si consul vellet. Si (si modo in codice fuit, ac non ab ipso Grynaeo additum est) ortum est ex navis (sic scriptor cod. Vind. scribere acc. casu solet); -re pro -ret, ut saepe (§ 11 bis; 27, 4); quibus aberrando omissum post navalibus. Sed praeterea fortasse excidit ut post et. Sic enim solet Livius, v. 15, 11; XXXVIII, 36, 3, XL, 28, 10, alia multa.

9, 3 non fuit cur Madv. mallet equites mittere; cfr. 14,

10, ubi simillime imperarent, commune duorum membrorum verbum, posteriori interpositum est, non postpositum, XXXII, 21, 27 (coeperint); cfr. ann. ad XXXIII, 41, 7.

9, 11 in Drakenborchiano supplemento quive — esset scribendum non posthac, sed postea; quod recta oratione est nunc — posthac, obliqua fit tunc — postea; cfr. § 9 postve ea, XXXIX, 19, 6: consules praetoresque, qui nunc (nunc — si codicibus fides — haud raro obliqua oratione pro tunc positum) essent quive (sic codices; Madv. ex Ussingii coniectura vix prorsus necessaria quique) postea futuri essent.

10, 6 iactasset, si verum est, significat: fugam Manlii ita commemorasset, ut inde materiam sibi ipse gloriandi quaereret. Sed, quoniam cd. habet Manlio, probabilis Madv. coni. Manlio — obiectasset, cui respondet, quod sequitur, ingessisset probra M. Iunio.

11, 6 scripsitne Livius Cuius capti excidium (cfr. § 9 trium oppidorum excidio et § 7 deleta) vel exitium? Nam interitus de urbibus oppidisve equidem non memini me legere. An, ut Madv. in Emendd. coniecit, nuntium?

11, 8 Livius sine dubio scripsit V milia capitum et DCXXXII ob interpositum capitum.

11, 10 scribendumne consilia?

12, 2 scr. et adiicit decreto, ut, quoniam —. Unum senatus decretum fuit (senatus — censet = decernit), non duo; cfr. 14, 10: Cui — reverti (senatus) iussit; additum decreto, ut —. Ex decretout, omisso to ante ut, sive alio aliquo modo facile factum est decretū. Ceterum potuit etiam post adiicit decreto audiri ut; cfr. ann. ad XL, 38, 3; sic \bar{u} , ut millies, pro o scriptum fuit.

13, 2 scr. qui a pecore aberrasset; vid. lexx. Aliud est Or. de Har. Resp. 23 si aedilis verbo aut simpudio aberravit, ubi est abl. instrum. («med et Ord, i. e. i et Ord»); Cic. ad Att. XIV, 22, 1 ex ed. Crat. (i. e. sine dubio ex cd. c) scribendum: ne nihil a coniectura aberrerem, ut est Phil. XII, 23, N. D. 1, 100.

13, 5 scr. ex Gryn. coni. captus is ager; cfr. XLII, 4, 3 agri Ligustini — is ager.¹⁾

14, 3. Dicitur eripere aliquem ex morte, eripere

¹⁾ [13, 7 errore in annotatione LXXXII positum est pro LXXXU. O. S.]

aliquem hosti; quidni item ex hostibus? Malim tamen ex Kreyss. coniectura recipere; cfr. de eadem re 16, 8 receptam ex hostibus.

14, 6. Ne quis ex Madv. coni. deleat et, conferatur XXXIV, 32, 16: eodem iure foederis, quo et Lacedaemonem et 2: tyranni quoque — usurparunt, sicut tu quoque fecisti (Graecorum *καί*).

15, 1 scr. ex cod. de iis rebus. — Ibid. scr. ex Periz. coni. iecur diffluxisse, i. e. esse dissolutum; cfr. infra inenarrabili tabe absumptum. Aliud est amnis defluit (= fluere desinit), alia similia.

15, 5 scr. cum lac. Gron. *Q*. Petilio, ut est Cn. Cornelio; cfr. 14, 7; 16, 5; § 4 post alter consul addere non opus fuit *Q*.

16, 9 malim esse addere post Alpes; cfr. ann. ad XXIII, 43, 13. — Ibidem scribendumne agrique aliquantum captum, quod?

17, 4 scr. eum annum; v. ad XXVI, 51, 3.

17, 5 delendum ex Madv. coni. unius, quod Livius nunquam addit, hic ex ulisu geminando factum est. Nam cur consulis subrogandi scribatur, causa necessaria non est; cfr. ann. Weiss. ad XXXIX, 39, 7.

18, 7, ut excidit prius inter *-piis* et *q* (*p—q*), sic potuit excidere cum hoste (vid. not. Madv.) ante congregarentur; addere tamen vix opus est; auditur facile quum ex tota sententia, tum ex sq. aggredi hostem; cfr. Caes. B. G. I, 36 extr., Nep. Dat. 8, 1 (ubi post statuit congregi addendum potius, omissum aberrando a *p* ad *q*), al.

18, 8 probo prius Madv. supplementum; post ipse facile excidit mansisset — ipsum.

18, 11. Potest in tali quidem cod. etiam ex *ema* vel ex *idema* ortum esse; probabilius tamen multo est Livium scripsisse, ut Madv. egregie coniecit, quidem media in fuga, unde, omissa *m* post *m*, ex *d*, ut persaepe, *t* factum est et *m* ex *in*.

18, 15 in fragmento a Prisciano servato pro periisset scribendum perisset.

19, 1 comma post fuerant delendum.

19, 2 scr. XL *maioribus* hostiis sacrificari iussit; cfr. 17, 4; 28, 1, et sic semper.

20, 7 quaeque (plur. num., scil. dona) idem est, quod

quodque donorum genus; cfr., quod praecedit, omnis generis.

20, 8 ego in textu scribo potest * esse, incertus, utrum exciderit (facillime quidem inter -test et es-)testis an testimonium (ut *t* post potest omisso aberratum sit ab estim ad esse). Madvigius negat, Latine dici templum testem esse. At dicitur non locus aliquis solum testis esse, ut Cic. Verr. I, 154 (aedes Castoris), de imp. Pomp. 30—31 (Italia — omnes forae — maria omnia — omnes sinus atque portus), cfr. Hor. Od. IV, 4, 38: testis Metaurum flumen et Hasdrubal devictus (= victoria de Hasdrubale), sed etiam res aliqua, ut Liv. I, 58, 7 (mors), II, 23, 4 (cicatrices), Cic. in Cat. III, 17, Phil. IX, 7, al. Neque vero, si rectius interpungas (sic: Athenis unum — dei potest), templum per se ipsum testis esse dicitur, sed templum — inchoatum — vel id, quod (ea res, quod) Iovi — unum in terris pro magnitudine dei (ab eo) inchoatum est = (eius) inchoatio templi Iovis; cfr. VIII, 30, 10, Hor. l. c. Quare ego testis praefero. Sin testimonium excidit, probabilior est nominativus, qui casus multo usitatior est, quam dativus, qui casus cum dativo rei iunctus est Cic. Verr. III, 153, Corn. Att. 16 (ut magnificentiae h. l. dativo dici potuerit), cum genitivo Cic. p. Rosc. Com. 11.

20, 9 ad haec: Iovis — templum sive auditur fecit ex sq. non perfecit sive excidit.

20, 10-11 post vicit comma ponendum, non semicolon, post munus comma delendum. Ceterum durissime Livius, si vera scriptura codicis est, hoc dicit: «Spectaculorum omnis generis magnificentia superiores reges vicit, reliquorum (quae erant) sui moris non solum alia magnificentia, sed etiam copia Graecorum artificum (superiores reges vicit).» Sin et, ut Madv. enarrat, coniunctio copulativa est, scribendum Livio certe sic fuit: reliqua sui moris et magna copia Graecorum artificum; sed sine dubio et tam dure non addidisset. An excidit ante et copia ablativus aliqui?

20, 12 comma post dando et post missione delendum (dando 1) saepius 2) modo vulneribus tenuis, modo sine missione). Ceterum sine dubio ex cod. et restituendum est («ved at give det — snart ogsaa uden Bortsendelse gjorde han baade Skuespillet behageligt og vakte hos mange Unge Lyst til Vaaben»). Equidem non video, cur etiam («ogsaa») non, ut saepissime, sic hoc loco

ei, quod adiungitur, postponi potuerit. Ne satis aptum quidem etiam («endog») cum familiare inunctum mihi videtur.

21, 2 ego ex mea et Madv. coni.: conscripserant, et socium Latini nominis V millibus —; cfr. § 3 et socium Latini nominis V millia peditum, CCC equites, et § 4 (2×5000 peditum sociorum et 2×300 equites ad 2 legiones additi); 9, 3; 15, 11, al.

21, 3 scr. terna millia; scilicet scriptum erat III, ut paulo post CL et V. Cfr. de duabus Hispaniis XXXVIII, 36, 3 Hispaniis — terna millia peditum, ducenos equites.

21, 4 mihi quoque suspectum hoc: legiones — cum iusto numero; numerus enim non extra eam, quae numeratur, rem est, sed qualitas ei inhaerens. Cum nasci potuit ex peditum (tum et cum saepissime permutantur) vel ex numero; nam sunt vix sic corruptum est, et praecedit prorogatum — decreta (sine est — sunt). Cfr. XLII, 35, 4: legiones scriberet urbanas, iusto numero peditum equitumque.

21, 8 scr. C. Mamilius Atellus. Addito praenomine familia genti non praeponitur; XXVI, 22, 13 Madv. Marcellum pravo loco positum notavit.¹⁾

22, 5, quoniam singuli codicis versus tricenas fere litteras habent, sine dubio inter tumultuosi et missi excidit aliquid, ut multi (gē eumenen nunti tumultuosi = 24 litterae + multi = 5 = 29).

22, 7 nonne scr. civitatum (in lacuna), ut solet Livius?

23, 15 recte est misit, et cogitare iubet (praesens de litterarum argumento = quibus nos cogitare iubet).

24, 6. Non, ut Madv. ait, incertum est, sed, si quidquam, certissimum, Livium scripsisse ad regem Persea. Librarius more suo, primum omisso priore regem, aberravit ab a populo Romano ad legatos Romanos venisse ad regem Persea, deinde rediit eo, unde aberraverat, sed novis erroribus (ob prius ad) ad p̄r pro a p̄r scripsit et Persea omisit (cfr. § 10 et 26, 4, XLII, 1, 7, alia multa). Neque vero Persea abundat: cum vi maiore repetitur non solum regem, sed etiam Persea; signa enim pacis haec fuerunt, quod Perseus non so-

¹⁾ [V. accurata de hac re disputatio Lahmayeri in Philologi Vol. 22 p. 469 sq. O. S.]

lum rex a p. R. appellatus erat, sed etiam ad eundem Persea regem («som Konge») legati Romani venerant.

24, 8 comma post omnium ponendum, post benignitate delendum.

24, 12 ego malim supplere, ut est § 11, oblitterent; cfr. XXI, 29, 7, XXVI, 41, 8, XXXIX, 20, 10, al. Obscurare sic positum Tullianum est.

24, 16 probo Madv. coni. nostros quoque cives finibus regni (an regni terminis) arceamus; cfr. 23, 2, XLII, 6, 2. In cod. Vind. saepissime litterae transponuntur et permutantur inter se:

c et t	}	ciues — etnes; nos pro ues ob nostrorum
i - e		
u - n		

nostros; finibus omissum post nos. Cives necesse fuit addi, ut cui respondeat servis nostris (cfr. 23, 2); alioquin potuit etiam scribi nostros («vore Landsmænd») quoque terminis regni arceamus.

24, 18 malim retinere Alsch. coni. invisosque efficimus (in cod. sive omissum est *q* (= que) et *u* pro *e* scriptum, sive *q* et *e* omissa) quam ex Madv. coni. scribere invisosque facimus. Efficere, ut facere, cum duobus accusativis Livius posuit praef. 5, 1, 6, 2, III, 65, 11, V, 5, 12, XXV, 10, 4, XXVII, 31, 5, XXXIV, 62, 4, quosque locos Weiss. ad XXXIX, 51, 6 citavit, II, 60, 4, XXIV, 5, 2, XL, 13, 6.

25, 8 notandum quaeque, si vera scriptura est, pro quodque positum, ut Livius alibi haud raro utriusque pro uterque posuit. — Ibid. alterum codicis res potest quidem esse aberrantis ad prius; sed vide, ne Livius, ut praef. 1, al., scripserit perscribere (cd. res pro per sive ob sequens *s* sive ob praecedens res).

26, 4 librarius hostibus (hostib.) pro hostiū. Nullus omnino eius error frequentior est quam *u* (*v*) et *b* inter se permutandi, ut § 2 ballo pro vallo, 27, 3 benetia, 27, 6 cabas, 11 populibe; hoc quidem loco eo facilius, post cornibus et ante quibus. In repetendis cum correctione his verbis ex hostiū quibus fecit hostibus.

26, 5 potuit etiam scribi ad XV * millia capta, ut ex-ciderit millia caesa * (numerus millium) aberrando a priore millia ad posterius (cfr. 28, 6 X millia pondo argenti, V

millia auri). Livius, opinor, scripsit ad XV millia caesa, tria capta (ut aberratum sit ab millia ad tria).

27, 3 ego ex cod. restitui exarsisse, et ipsorum legati attulerant (i. e. etiam legati ab ipsis missi, non solum alii nuntii).

27, 6 ego sponte, ut Madv., ad adno supplevi tandis, dein e numeran dam feci numerandisq. facienda (s. ponenda), tum ad trans supplevi currentibus (= ad transcurrendum), denique sic scripsi: et caveas ferreas, per quas bestiae intromitterentur (Gryn. in cod. legit ferreaspe et intromitterentur), post haec autem nescio an fuerit et aquam lignaque (scil. praebenda; cfr. § 5 et scenam aedilibus praetoribusque praebendam). Scilicet ex § 5 locaverunt auditur ad faciendas, praebendam, facienda (s. ponenda). Ceterum commata, quae Madv. post locaverunt et deinceps posuit, tollenda.

27, 7 scr. cum Crev. curaverunt et 1) porticum ab aede Saturni in Capitolium (sc. ferentem) et 2) senaculum ac super (i. e. praeter) id (i. e. senaculum) curiam. Teste Varrone (L. L. V, p. 43 ed. Bip. § 156 Müll.) senaculum non in Capitolio situm fuit, sed supra Graecostasim, ubi aedes Concordiae, i. e. in clivo («Skraaning») Capitolino, non in ipso monte. Ad porticum et senaculum et curiam auditur facienda.

27, 8 sic interp.: saepserunt et — curarunt gradibusque — fecerunt; nam et porticus Aemilia et ascensus ab Tiberi in emporium extra portam Trigeminam sita erant. Ceterum gradibus ascensum arte iungenda sunt («de lode gjøre en Trappeopgang fra T.—»).

27, 9 scr. ex egregia Perizonii et Kreyss. coni.: Et intra (aberrans ad § 8 extra portam Trigeminam librarius etiam hoc loco extra scripsit) eandem portam viam (aberr. ab -am ad-am) silice straverunt (cfr. § 8 emporium lapide straverunt) et porticum in clivo Publicio — fecerunt (cfr. § 8 et porticum Aemiliam reficiendam curarunt). In cod. porticum, sicut multa alia, transpositum est, et scriptum silices ob sq. s, et in omissum post porticum, et ex clivo factum eo, e pro c, ut millies, scripto et liu omisso, et rarius nomen Publicio in notius voc. publico mutatum. — Ibidem, si verum est ab aede Veneris, excidit sine dubio nomen loci, quo ferebat porticus illa; cfr. § 7 porticum ab aede Saturni

in Capitolium. An Livius scripsit et porticum in clivum Publicium ab aede Veneris? An, ut Kreyszig. coni., ad aedem Veneris? sic vero deesse videtur nomen loci, a quo porticus ferebat.

27, 10 notandus in his: pecuniam — tabernis utrique foro circumdandis consumpsit ablativus sine in obgerundivum positus (de modo consumendi, «idet han omgav»). Cfr. Madv. ad Cic. Fin. V, 53. Ceterum in excidere facile potuit; cfr. XXXIX, 5, 9.

28, 6 Livius sine dubio, ut solet, scripsit: in aerarium ntulit (in post *m* excidit; cfr. 26, 4, ubi cod. ruperunt pro irruperunt; contra 28, 8 tabula in aedem pro tabula in aede). Cicero Off. II, 76 dixit invexit.

28, 10, si vera scriptura est, sic interp.: aliquot, parva alia (i. e. reliqua), data; unum ante cetera insigne fuit, T. Flaminini, quod —. Sed vide, ne scribendum sit: aliquot data, parva alia; unum —. Aberrando (h. l. ab data ad parva — ab da ad pa) in codice Vind. saepe verba transposita sunt.

28, 11 scr. videtur pugnarent. Sententia ab ut incipiens obiectiva est, non consecutiva.

Liber XLII.

1, 1, ut ante exercitibus excidit et, sic sine dubio etiam inter decreti sunt et ut; cfr. ann. ad XLI, 9, 2.

2, 4 probo Gron. coni. visa dicebatur. Vix enim plures species («Fata Morganaer») unius classis magnae visae sunt; ob magnae cum species falso iunctum, opinor, scriptum -ae-antur.

3, 9; de sint v. ann. ad XXXVIII, 58, 8.

3, 10 sine dubio excidit sacrificia (v. sacra) sive post piaculariaq. sive ante fierent (aberrando ab *f* ad *f*); cfr. I, 26, 13.

3, 11 ego: pertinebant. Scilicet non agitur generatim de universis iis, quae vulgo ad religionem pertinent, sed de posteriore modo decreti tum facti parte, ut piacularia sacrificia lunoni fierent. Quae ad **religionem** pertinebant, cum cura facta sunt; **tegulae** relictas in area, non, ut decretum erat, reportatae. Et haud raro sic -ba- omissum, ut 11, 2.

5, 2 ante quam in Eumenem paulo durius ex ad favorem eius auditur in eum. An excidit in eum?

5, 6 magis probo coni. *Madv.* omnia obiecta quam non abiecti.

5, 10 ego sponte, ut *Madv.*, conieci *M. Marcellus.*

6, 8; v. ad I, 46, 6.

6, 11 notandum hospitio datae, ut dicitur dono datae.

6, 12 scr. sine commate Legati qui; v. ann. ad XXXVIII, 38, 8.

7, 6 comma post vidit ponendum; haec sententia: nulla — signa epexegesis est superiorum: neutro inclinaret spes. — Ibidem Livius, puto, ut incurrant, ita possint scripsit.

9, 2 scr. rediit, senatuque — vocato multis verbis invectus (sine est) in praetorem; v. ann. ad XXI, 25, 9.

10, 13 scr. ex *Kreyss.* coni. Hispanias; cfr. de iisdem praetoribus eademque re 18, 6 et 7. Excidit *s* ante *s*, tum *ā* pro *a* scriptum.

10, 15 comma post indictis tollendum, ut haec: Latinis — indictis iungantur cum abituros, non cum denuntiarunt.

11, 6 etsi defendi scriptura cod. potest («medens han var legemsstærk —»), suspicor tamen excidisse tum inter *-t* et *ani-* («saa vel — som»).

11, 9 probabilis, opinor, *Kreyssigii* coni. paretur; praecedat vigeat, sequuntur haec praesentia: tribuatur — accidat — vereatur — conciliet — sint — possit — egeat — possit — habeat — capiat — deficiat — hauriat; accedit, quod hoc: quae longo tempore celt. dictum est non de eo, quod tum solum fieret, sed quod semper.

12, 8 ego sponte coni. praeparasse (= praeparatum habere, quod Livius vix, ut *Vahlen* coni., bis posuisset). Praeparasse in praeparare facile abiit, praesertim sequente abstinere.

12, 9 comma post capiat delendum; v. ann. ad V, 40, 1.

13, 1 Livius, si ita, ut ex cod. editur, scripsit, Non — cupidius (sc. a me) credita, quia vera esse de inimico crimina volebam («önskede»), posuit volebam pro vellem (cfr. ann. ad VIII, 19, 3); negat enim Eumenes cupidius se credidisse; qui autem cupidius credit, vera esse de inimico crimina (etiamsi vana aut certe incertis iactata rumoribus sint) vult; negat igitur Eumenes se vera esse de inimico crimina velle. Atqui Eumenes non modo tam magni animi non fuit, qui id nollet, sed maxime voluit. Quare opinor, Livium, ut debuit, illa: quia vera esse de inimico crimina volebam («vilde») posu-

isse inter sed et comperta; quae comperta et explorata, eadem vera (non vana aut incerta) sunt. Cfr. 25, 5 de eadem re: quae ipsi nuper in senatu Eumenen vera omnia et comperta referentem audissent. De transpositionibus codicis haud raris Madvigius ad plures locos dixit.

15, 8 scr. ingressus, non addito est; v. ann. adXXXVI, 6, 4.

15, 10, si sana scriptura esset, certe sic interpungendum fuit: Et ceteri quidem, etiam amicorum et satellitum, postquam —, hac sententia: et ceteri quidem, non solum — quorum? (an servorum? cfr. 16, 2), sed etiam amicorum et satellitum. Sed sic Livius sine dubio scripsisset: Et ceteri quidem, etiam amici et satellites —. Et supra § 7 nullorum nisi amicorum ac satellitum Livius facit mentionem; 16, 2 ad satellites quasi appendicem quandam addit servos. Quamobrem ego scribo Et ceteri quidem [etiam] amicorum —; etiam vel geminando facillime potuit oriri ex -em ami-, vel post ē geminatum ad iam superioris versus aberando. — Ibidem ego ex cod. Pantaleon† constar. Kreyssigii et Madv. coni. contra veri simillima per se est; in codice enim, ut saepissime litterae inter se transponuntur (contra — contar), sic persaepe littera *s* medio in verbo inseritur; sed Livius, opinor, post quidem, ut solet, aut sed (ceterum) Pantaleon aut Pantaleon tantum dixisset. Potuit scribere et fortasse scripsit constans et impavidus; librarius sive ex constās sive ex constan(s) fecit constar. Cfr. Caes. B. G. III, 25 constanter ac non timide, ut apud Ciceronem constanter et sedate, constanter et libere, constanter prudenterque. Scilicet, quoniam constans (constanter) plures significationes habet, saepe additur, quo explicetur.

16, 1 ego sic scripsi: ne eo comprehenso indicium emanaret («ved hans Paagribelse»); cfr. XLIV, 35, 3; VIII, 3, 3 per quosdam — coniunctos indicia coniurationis — emanarunt. Omisso *ne* inter *m* et *e* librarius pro eo scripsit ex, ut 21, 8 ex pro ea.

16, 5 comma post Macedones ponendum, ne hoc verbum a praedicato reliquerunt seiungatur.

16, 8 ego coni. et cum uxore fratris et praefecto arcis. Livius nunquam dativum sic ponit. Librarius omisit *s*, sicut fratri pro fratris scripsit, alia permulta.

17, 1 scr. ex cod. Valerius ex Graecia, legatus qui ad — regis erat—. In cod. post regis ex re-

gionis eius repetitum eius; cfr. ann. ad § 6 de comparari ex comparationem orto, § 9 iussueiussu. Legatus participium est; cfr. XXVIII, 9, 1, XL, 54, 9 et lex. De ordine verborum legatus qui erat v. ann. ad XXXVIII, 38, 8; legatus contrarium sibi habet rediit. Ex eius facere missus audacioris critici est.

17, 6 scr. ex Madv. coni. [comparari], quod non, ut is vult, interpolantis est, sed simpliciter aberrantis ad superioris versus comparationem, ut ibidem ex ad celandam libarius aberravit ad superius rem peragenda.

17, 8 scribendumne primum (experimentum, «Pröveklud»)? Primus accommodando ad ipse an aberrando ad veritus factum?

18, 6 comma post daretur ponendum; alioquin Livius dixisset darentur.

19, 3 nihil est cur qui Persei scribatur; v. ad XXXVIII, 38, 8.

19, 6 comma post Maedis delendum. — Ibid. delendum summae; cfr. XLIII, 5, 8 et 6, 10 et 14, XLIV, 15, 8, al., ex quibus locis etiam apparet, binum h. l. excidisse; summae, opinor, est aberrantis ad missa (transpositis litteris).

19, 8 excidit sine dubio et post iusserunt.

20, 5 notandum additum in oppido, i. e. non in agro.

21, 2 et 5 scr. cum Grynæo Statellatibus; cfr. 8, 5.

21, 3 non necesse fuit et addere post intulisset; cfr. ann. ad XXVI, 30, 12. — Ibid. rebellium potest etiam ex rebellionem esse factum.

21, 7 notandum attractionis genus paulo audacius, quo Livius pro eo, quod est exposito, quas res gessisset sive expositis (iis) rebus, quas gessisset, dixit expositis, quas res gessisset. Leniora haec: XXI, 21, 1 auditis, quae — acta decretaque forent, XXV, 28, 5 expositis, quae pacta iam haberet, cfr. XLIV, 30, 12; ad nostri loci similitudinem accedit propter postrema verba locus, qui est XXXIII, 44, 6: expositis prius, quae cum Philippo acta essent et quibus legibus data pax; prorsus, ut hic, scriptum est apud Ciceronem Lael. 56: Constituendi sunt, qui sint in amicitia fines. Cfr. ann. ad XXXVIII, 16, 11.

22, 7 scrib. tertium.

23, 4 recte sine dubio Madv. post bellum semicolon posuit, non comma; cfr. Emm. Liv. p. 518. Videri sane potest

Livius sic scribere debuisse: quamquam (se) scire, ut in sententia correctiva scripsit IV, 15, 5 et XXXV, 17, 5 (nam XXXVIII, 58, 12 non numero; v. ann. ad eum locum); sed quoniam quamquam proprie coniunctio est, non adverbium, nihil est, cur coniunctivum ponere non potuerit; et similiter post quum interim IV, 51, 4 et VI, 27, 6 infinitivus est, VI, 11, 4 coniunctivus. Post bellum facile excidere potuit sed; verum Livius post quidem quoque persaepe sed omittit.

23, 7 scr. e cod. nullam. Livius finis interdum femin. generis facit (IV, 2, 4, IX, 26, 9, XXII, 57, 5).

23, 9 ego: Tutam servitutum sub — malle. Cod. habet inventutem et sub; puncto supra scripto indicatur delendum esse *t* vel potius et, ut errando additum ex i...tē. Addere se vix opus fuit post suum — in se.

24, 2 comma post dixit delendum.

24, 4 ego crederent addo non post se, sed, ubi facillime excidere potuit ante criminantibus; de se in fine sententiae posito cfr. ad XXXVII, 33, 2. Romam, quod in cod. additur inter se et quem, sicut alia, est aberrantis ab se ad mittendi se Romam.

24, 7 sicine interp.: Si aliquid possent, Masinissae honoris causa et fecisse —?

25, 4-7 sic interp.: fuisse: «Foedus — bello.» Expocita — audissent; «Samothracae — habuisse; pro his (iis?) iniuriis satisfieri senatum aequum censere — habeat.» Regem —. Scilicet haec: Samothracae praeterea (i. e. praeter ea, quae Eumenes in senatu retulisset) — habeat pendent ex exposita.

25, 10-11 sic interp.: esse: «Foedus — consulturos.» Atque —.

25, 14 cod. senatum, i. e. senatu = senatui, quam dativi formam antiquam Madvigius ipse aliis locis servavit.

26, 1 codicis ac post exasperatos additum nihil est nisi prius ac repetitum.

26, 2 ego: Macedonum atque Illyriorum reges. De duobus regibus pluralis numerus necessarius est, praesertim ob illa: uno animo et communi consilio. Cfr. § 7, ubi cod. item regem pro reges ob sq. *m*; nostro loco *m* pro *s* ob praecedens *m*.

26, 6 comma post Responsum ponendum hac sententia: tamquam si legati essent ii, qui —. (*Svar som Afsendinge

vilde man ikke der skulde gives Folk, som —.) Ceterum codicis ut qui etiam ex iis qui, omisso ut post qui, ortum esse potest.

26, 7 improbo Madv. coni. legati redierunt (errorene pro redierunt legati?): Eumenen. Nedicam, paulo durius esse renuntiatae legationis significationem ex redierunt petere, hoc: qui redierunt vix ita ex prioribus repetitum est, ut interiecta verba circa — erant praeterirentur. Multo veri similis est idem h. l. accidisse, quod permultis aliis, ut inter re- et -runt ex redierunt insereretur die pro nuntia; cfr. Madv. Emend. p. 490 (ad XLIII, 7, 8) et praef. ed. Liv. p. VII.

27, 1 ego: ut ex veteribus quinquereimis in navalia Romae subductis; cfr. VIII, 14, 12; contrarium est § 7 ex navalibus deductae. Subducere naves in terra navalibus, simm. nemo, opinor, dixit neque dicere potuit. Dixit aliquis, aliud esse subductus (part.) in terra, navalibus; quod enim in terram subductum sit, idem in terra esse (collocatum esse; cfr. XLV, 2, 9 subduci et in navalibus collocari). An Latini potuerunt dicere Romae missus, ductus, quod, qui Romam missus, ductus est, idem Romae est? Aliud etiam est abditus (= latens) in loco aliquo. Neque vero licet iungere in navalibus cum quinquereimis («af de gamle femradaarede Skibe paa Værsterne») et in terram ad subductis audire. Pro navalia librarius scripsit navalib. aberrans ad quinquereimib. XLV, 42, 12, ubi scribitur Naves — in campo Martio subductae sunt, defendi fortasse potest ablativus audiendo in navalia vel in terram, ut in campo Martio item positum sit, ut Romae nostro loco et Corcyrae XXXI, 22, 5; ego tamen scripsi in campum Martium; excidit *m* ante *m*; tum, ut sexcenties, pro *u* — *u* scriptum *o* — *o*. Cfr. ann. ad XXIV, 36, 10.

27, 3 potuit Livius verba sic collocare, ut Kochius voluit: Socios navales ex civibus Romanis ordinis libertini in naves C. Licinius —; sed vid. 31, 7: recognoscere socios navales — supplementum legere ex libertinis et dare operam, ut 1) duae partes civium Romanorum, 2) tertia sociorum esset (scilicet utrorumque libertini ordinis). Item nostro loco Livius prius totum posuit: Socios navales libertini ordinis, tum partes (libertinorum): 1) in XXV naves ex civibus Romanis C. Licinius scribere

iussus; 2) in XXV parem numerum Cn. Sicinius sociis imperaret.

28, 13 oppido adolescens sacerdos, i. e. «meget ung af en Præst at være, ikke i og for sig».

29, 6 ex scriptura codicis: in nullo impedimento Vahlenii eademque mea coni. facere malo id nullo imp. quam ex Madv. sine ullo imp.; id enim in Madv. magis deest quam in nostra abundat, praecedente non bellum, sed causam belli. De nullo impedimento cfr. nullo negotio, simm.; Cic. pro Mil. 28 est nullis impedimentis. — Ibd. Vahlenii coni. quod ad bellum tamen specie illa quidem facilius est quam Madvigii, sed prava; nam post quidem relativum pron. quod poni non potuit; dicendum fuit ad id (s. hoc) bellum.

29, 9 ego ex cod. scriptura: suas quoque in eodem statu mansuras se facio: suas quoque res in eodem statu mansuras esse. Sic enim Livius alique dicere solent: Res meae (non mea) in aliquo statu sunt; cfr. 30, 4 desperatio rerum suarum eodem manente statu, i. e. desperatio de rebus suis, si in eodem statu manerent. Bekkerus duriore verborum ordine: suas — mansuras res esse. Suas (pro sua) unde oriri potuerit, equidem non video.

29, 12 ego: Cotys Thrax, Odrysarum rex et («baade») ad * * Macedonum partis erat («hörtetil Makedonernes Parti»). Exciderunt plura ex priore membro, ex posteriore saltem et. Cfr. § 11: Gentius etiam tum incertus erat, utram foveret partem; Cotys vero totus Macedonum partis erat.

30, 1 ego ex cod. † deterioribus erat, incertus, utrum Livius scripserit, ut Madv. in ann. coniecit, deterioribus favebat an, ut ego opinor, deterioris partis erat (de *b* pro *s* scripto cfr. Madv. praef. p. VI.) Cfr. 13, 8 deterioris partis auxilio, 46, 5 partis melioris auctoritas. Cum Madv. coni. cfr. 63, 2 deteriori atque infirmiori favendo.

30, 4 ego ex mea (et Madv.?) coni.: quorum alios. Aberavit librarius ab *o* ad *o*. — Ibd. comma post suarum et statu delendum, post agebat pro semicolo ponendum.

30, 6 nihil esse videtur, cur inde tentetur; est enim ab optione domini potioris. — Ibd. commata post sed et partis delenda; sed potius cum tota sententia iungendum.

30, 7 ego scripsi ita inter utrasque (sic cod.; sc. partes, quod auditur ex § 6 neutram partem — utriusque partis; sequitur utriusque partis) — protegente altera

(sc. parte; cod. *o* pro *a*, ut sexcenties) semper inopem (sc. civitatem excivitatum) ab alterius (sc. partis) iniuria. In vulgari scriptura iusto durius esset ex § 5 audire dominos — domino aut utrosque — altero ad Romanis et rege referre, interiectis neutram partem et utriusque partis et sequente utriusque partis. Livius sic saltem scripsisset: alteris — alterorum.

30, 8 ego scribo: suas † quo, incertus, utrum Livius scripserit, ut Madv. coni., populi Romani preces suasque (ut p. ro. exciderit ante pre), an quo simpliciter sit aberrantis ad quo die. Simillimo loco, XXXI, 5, 7, nulla mentio est populi Romani precum.

30, 10 in supplemento ego ante faustum addo bonum. Pro imperii suppleri etiam potuit finium imperii (Cic. de prov. cons. 29, R. P. III, 21) aut finium tantum (cfr. XXXI, 5, 7 de simili re: prolationem finium — portendi).

31, 3 comma post duxisset delendum, item 43, 6 post esset; v. ann. ad V, 40, 1.

31, 8. Ne quis post placuit addat et, notandum est, hanc finalem esse sententiam: Commeatus — ut — subveherentur; cfr. 27, 8.

31, 9 in supplemento post L. Canuleius ex 28, 5 addi debuit Dives, ut ceteris nominibus addidit cognomen Livius; c. 28, 5 recte additum est Gallus.

32, 5 exciditne ut post tertia (VT inter TIA et IN)? Cfr. I, 43, 2 seniores ad urbis custodiam ut praesto essent, iuvenes ut foris bella gererent. Cum codicis scriptura cfr. 35, 4—5 negotium datum, 1) ut — praecessent; 2) sociis — imperaret — equites; 3) is exercitus uti paratus esset, al.

33, 1 deleo haec: M. Popilius consularis advocatus, ut annotationem argumenti in margine ad illa: Pro centurionibus M. Popilius, qui biennio ante consul fuerat, ita verba fecit ascriptam. (Pro aliquo verba facere is, qui notam illam ascripsit, sua latinitate interpretabatur esse = advocatum (alicui) esse.)

33, 3 iis pro sibi Livius posuit, ratione habita non, ut oportuit, propioris verbi primarii deprecari, sed longinquioris: (Popilius) verba fecit; durius etiam I, 54, 5 se relatum ad mittit (Sex. Tarquin.), ei ad sciscitantis verba («Quidnam Sextum facere vis, quoniam, ut — posset, ei dii de-

derunt?); prorsus mire XXXIX, 23, 6 se — ei ponitur in eodem Philippo significando, et quidem ita, ut se pro eo dictum sit (defecerant, non defecissent, sicut ademptum erat, non a. esset). Nonnullis locis is excusatur eo, quod se (suis) de alio homine positum est, ut XLII, 25, 8; alibi sane ita ponitur, ut causa non appareat, ut XXXI, 34, 1; nec semper ambiguitatem vitatam esse ostendunt (praeter alios, ni fallor), hi loci: IV, 14, 5, XLV, 13, 16, alii aliorum scriptorum.

34, 2 ego coni. scripsi: hodie quoque (non solum ibi natus educatusque sum, sed etiam habito). Cfr. I, 17, 9 et 26, 13, V, 27, 1, al. Aliis locis ex hodie quoque factum est hodieque, hic hodie cumque.

34, 3 scr. cum iis.

34, 8 scr. Tertium. (Ibidem in eum exercitum est «for (til) den Hær».)

34, 9 scr. ex Madv. coni. bis in iis (aberravit librarius ab is ad is), quae annua merebant legiones, stipendia feci; cfr. § 11: Viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo; Cic. ad Att. VI, 2, 6 et 5, 3. Madvigii coni. annuae vix necessaria; nam annua eandem habet sententiam atque annuae; velut, quod apud Ciceronem ad Att. V, 13, 3 et 17, 5 legitur, ut simus (essemus) annui, nihil differt ab eo, quod V, 15, 1 est, sit modo annum (desiderium urbis cett.); cfr. ibid. § 3, V, 2, 3 (molestiam longiorem annua fore), ad Fam. XV, 14, 5 (provincia annua). Cur ex stipendia feci ad annua audire stipendia non liceat, non video.

34, 13 pro scribit aut scribet restituendum videtur (cfr. indicabit, sum excusaturus) aut scribat (quisquam qui = eiusmodi qui —).

35, 4 comma post legeret delendum aut post iisque quoque ponendum.

36, 3. Etsi veri simile est, Livium revocarentur scripsisse, corrigere conantem retinet locus, qui est 46, 3 (etsi non prorsus similis est), ubi reconcilient tuentur, quae sequuntur, proficiant, perveniant, cett.; cfr. XLIV, 19, 12 cunctentur et 14 absistatur, et quae ad XXXVIII, 58, 8 dixi.

36, 7 notandum ordinalem numerum (undecimum) nota (XI) in cod. scriptum, ut 48, 3. Ceterum, quoniam in codice est mandatum et tra XI diem, Livius sine dubio scripsit aut mandatum, ut intra XI diem aut mandatum est,

intra XI diem (ut et et, est et et saepissime inter se permutantur; IN post VT facile excidit).

36, 8 ego: ad Nymphaeum *in* Apolloniati castra habebat. Excidit tantum *in* post *m.* Agro audire licet; cfr. 2, 4 in Veienti, alia multa; etsi 49, 10 est ad Nymphaeum in Apolloniati agro.

37, 1 scr. Q. Marcius et A. Atilius —.

37, 2 ego deleo quem ut aberrando ex aliquem ortum; iussus sc. est aperte falsum; dicendum certe fuit iussus erat.

37, 5 notandum litterae, quibus; de eadem re 40, 1 est litterae, in quibus.

37, 8 deleo Macedonis ut aberrando ex Macedonici ortum. Livius, ut toties, sic nostro loco scripsit Philippi bello, non Macedonico, ut Madv. coniecit; Philippi respondet ei, quod sequitur, pro Antiocho; cfr. § 7, c. 38, 3 et 6.

38, 1 scr. ex Madv. coni. escendissent, pro quo in cod. escenderent est ob praecedens quererentur.

38, 2 ferri fortasse potest et; Livius enim sic non raro (ut 13, 12) appositum participium et absolutum ablativum copulat (morati — et Lycisco praetore facto). Aptius tamen ob illa: dum — sufficeretur abesset et. An et iungit haec: Inde progressi (sunt) ac paucos ibi morati (sunt) dies, dum — sufficeretur cum illis: Lycisco praetore facto — transierunt, ut interp. sit sufficeretur, et, Lycisco —? (cfr. § 1.)

38, 5 ego suppleo dicerent ab eo ante deductas (aberratum ab di ad de); nam ab eo non licet ex in Ismeniam audire.

39, 2 sic interp.: renuntiare domum, certa quae audissent —. Volebant non omnia, quae audissent, domum renuntiare, sed ea sola, quae pro certo audissent; certa igitur recte pron. relat. praepositum; v. ann. ad XXXVIII, 38, 8. Certum aliquid audivi dicitur ut certum al. comperi, scio.

40, 5, opinor, te excidit post caede.

40, 10 Quaerenti tibi per se non a tacuissemus pendet, sed a respondimus; neque enim, quod reticere alicui dicitur, id est quasi pro responso tacere, inde sequitur, etiam

tacere alicui Latinos dixisse; sed, sequente respondimus, tacuissemus idem est, quod nihil respondissemus.

40, 11 ego sponte, ut Hertzius, scripsi aliquid (sic cod.) mihi materiae (cod. materiem ex materie, i. e. materiae, ut millies, *ae* et *e* permutatis et nota litterae *m* addita). Ex aliquid facere aliquam audacius est. Livius quidem non timet ex genitivo generis alium genitivum suspendere.

41, 2 debebat esse nesciam, ut est erubescam et sit; sed nescio an quasi parenthesis quaedam est = forsitan. Cfr. Hoc nescio quis fecit, simm.

41, 4—5 commata post habuit et potui ponenda erant, non semicola. Scilicet enim ad omnia tria membra aequae pertinet. Post est item comma pro semicolo ponendum.

41, 7 suppleo non locus est, sed est locus; aberratum ab est ad ego.

41, 8 sic scripsi: Ego autem istos (cod. ego tamen isto, transponendo et *n* pro *u*, *i* pro *e* ante *i* scribendo ex ego autem istos facile ortum). Tamen («dog; skjøndt — hvad?») ineptum est, aptissimum autem («men nu»). Ait rex: «Nec quidquam prodest cuiquam exsilium (ad intrandum) patere, si nusquam exsuli est locus et abire iubetur finibusque ei interdicitur; ego autem hoc ipsum feci, ut istos abire ex regno iuberem iisque interdicerem finibus meis.»

41, 14 comma post sit delendum, ne haec: non vobis cett. iungantur cum videri possum, sed cum reddenda («angive Grunden ikke for Eder eller Eders Forbundsfaeller — som ere saa strænge mod Undergivne — men for dem, d. e. saadanne, som —»).

42, 1 potest Delphis (aberrando ad Delphos escendi additum) expulisse eram; potest tamen Livius etiam sic scripsisse: quia in propinquo eram, Delphos sacrificandi causa — persolverem, escendi, ut Delphos sit marginalis correctio corruptae vocis Delphis, pravo loco in textum inserta, cuius erroris in nostro cod. exempla plura sunt, multoque aptius Livius Delphos poneret post quia in propinquo (sc. Delphis, dat. casu) eram, quod cohaeret non cum illis: sacrificandi — persolverem, sed cum Delphos.

42, 3 colon post feci ponendum erat, hac sententia: Si unus — questus erit, non recusabo —.

43, 2. Minus veri simile per se est ex tamquam in gratiam (Madv. coni.) librarium fecisse iam magnam gratiam,

quam, ut ego coni., ex tamquam in magnam gratiam. Scilicet aberrando ab -am ad -am librarius omisit -amqu- et in post *m*, deinde *i* pro *t* scripsit. At magnam aliudve adiectivum gratiæ nomini in hoc loquendi genere additum Madv. non meminit. Potuit, opinor, addi non minus quam in illis: magnæ curæ, magno argumento, magno impedimento esse, et h. l. magnam post gravate suam vim habet («kun som en stor Gunstbeviisning»).

43, 4 in comparati sunt mihi persuasum est latere con-cesserunt («begave sig»; cfr. § 8 et 67, 10; 53, 2 de simili re est se contulit). Librarius ex § 3 paratum vel præparata inter con- et -unt inseruit paratis, ut 37, 7 ex sentiebant post fremitum fecit fremebant, 40, 6 misisti pro isti scripsit ob sq. misisti, et sociis socinostriis, 44, 1 propriam pro regiam ob præcedens proprio, 53, 4 regionibus pro regios ob præcedens omnibus, 57, 3 censebant pro sentiebant ob censebant, XLIV, 3, 5 præsiderat pro præmiserat ob præsidia; cfr. ann. infra ad 48, 4.

43, 5 in codicis descendentibus in societatem neque Madvigii deserentibus societatem latet neque aliud quidquam nisi id ipsum, quod vulgo editur: discedentibus a societate; cfr. XLIII, 6, 8. Codicis enim nostri librarius mire sibi ipse placet in scribendo -cendere pro -cedere, ut 56, 3; 59, 6, XLIV, 11, 1, XLV, 6, 7 (ascendebat pro abscedebat), 38, 12 et 39, 2, al.; XLII, 47, 11 accendere pro accipere. De dis et de persæpe permutatis omnia nota sunt; *in* pro *a* aberrantis est ad præc. in Boeotiam.¹⁾

43, 10 ad certamen audiendum erat, quemadmodum præcedunt fugerant — contulerant; cfr. § 7. — Ibidem pro tamen nescio an Livius scripserit tum; cfr. § 6 in ipso itinere.

44, 1 vulgo recte quique, sc. principes (non princeps) singularum civitatum. — Ibidem ex cod. scr. proprio; nam proprio («særskilte») decreto respondet ei, quod de eadem re dicitur 43, 5 proprie displicuisset (= proprio decreto displic.). De meus (tuus, suus) proprius vid. lexx.

¹⁾ [43, 5 pro rege irrepsit regi, 48, 8 nescio qua incuria LIIII quattuor pro LIIII. O. S.]

44, 7 ego sponte inter res et aliud aliquid excidisse suspicatus sum.

45, 1 inter Asia et circum potius supplendum ac.

45, 3 in codicis adiuverent vix latet, ut vulgo editur, adiuvere etiam, sed simpliciter adiuvere; NT sive ex sq. VI ortum est sive accommodatum, ut persaepe, ad poterant; in cod. re, ret, rēt, i. e. rent sexcenties inter se permutantur.

45, 4 probo alteram Madv. coni. pervicerat apud Rhodios, quia multo veri similis est post pervicerat aberrando excidisse aput quam ex dux factum esse uic. XLV, 13, 12 non dux, sed duc in uic mutatum. Prorsus Livianum est pervincere (vincere, evincere) ut; pervincere aliquem, ut, ni fallor, non item.

46, 1 ego ex cod. sic scribo: legatos Romam — misit, [et] Byzantium et Rhodum et, deinde ex Madv. coni. certissima haec suppleo: in alias civitates litteras de eadem re dimisit; Rhodum (cfr. § 3 et 5), nisi quod deinde pro etiam scribo et («ogsaa»); aberravit enim librarius ab Rhodum et ad Rhodum et. Post et excidisse in alias civitates apparet ex § 2 ad omnes; de Byzantio et Rhodo solis dicendum fuit ad utrosque v. ad utramque civitatem. De litteras dimisit cfr. 51, 1; et legatis, i. e. non modo tabellariis, ut ad ceteras civitates. Primum et uncis inclusi, ut ortum sive ex praecedenti - it sive ex sq. et — et; aptissimum asyndeton; nam haec: legatos Romam — misit respondent illis: Byzantium et Rhodum et in alias civitates litteras dimisit. Notandus etiam chiasmus: legatos Romam — Byzantium litteras.

46, 9 Livius sine dubio scripsit miserunt, praesidium petentes, quo se — tueri possent (non possint); nam petiverunt, ut — possint dicere vix potuit. Cfr. tamen, quae ad 36, 3 dixi. (62, 12 placuit — permittat, sed minus dure ob interposita verba.)

46, 6 notandus ablativus pace belloque ad substantivum meritis relatus hoc verborum ordine; nam II, 23, 4 et 47, 10, XXVI, 48, 2 inter adiectivum et substantivum collocatus multo simplicior est, item XXVIII, 7, 1. Huic loco similis alter XXXII, 21, 2, ut Madv. eum scripsit.

46, 10 discipulorum causa sic interp.: tamen, ita, suadere —, i. e. tamen suadere, ut ab Thebanorum iniuriis, qua («saa vidt, saa godt som») possent, se vindicarent ita, ne Ro-

manis cett. (Ita ne = ea cautione, ne; ita cum maiore vi protractum et primariae sententiae interpositum.)

47, 3 ego: in (sic Madv. coni.) aecum («til en lige Stilling») venturum, sc. exercitum Romanum, quod facillime auditur ex § 2: quam exercitus in Graeciam traicere-tur; quare nihil opus est ex Madv. coni. scribere venturos.

48, 3 fuit quum ob sq. audiebatur mallem erant; nunc Weissenbornii distinctionem (Insidiarum — defensum; ce-tera deprecatio erat. Sed —) probō.

48, 4 post Madvigium foedissimum remansit vitium in his: Denuntiatum (sc. legatis), — Italia intra XXX diem excederent. P. Licinio deinde consuli — denuntiatum, ut exercitui diem — diceret ad conveniendum, non quia denuntiatum sic tam parvo intervallo bis positum est, de quo pluribus locis dixi, sed quia, ut rectissime dictum est Denun-tiatum (sc. legatis, «man lod Afsendingene vide», i. e. iussi a consule mandante senatu sunt legati — decedere; cfr. 36, 7 P. Licinio consuli mandatum, sc. a senatu, intra XI diem iuberet eos, i. e. legatos, Italia excedere), sic pravissime di-ceretur senatus **consuli** denuntiasse, ut — diceret. Senatus consulem sive iubet sive ei mandat aliquid, non denun-tiat; cfr. 36, 7, XLIII, 11, 4, alia multa. Scilicet librarius no-stro loco more suo (cfr. Madv. praef. p. VII, annot. mea ad 43, 4, al.) aberrando ad § 3 ex denuntiatio sumpto denunti-pro mandatum scripsit denuntiatio. (IX, 36, 14 denun-tiatum aptum est, ut de legatis aliquid senatus verbis nunti-antibus.)

48, 6 scr. quinqueremi, ut § 6 est triremi. Codex quinquerem est; aberrando ad praetore est pro *z* scriptum est. — Ibid. e Weiss. coni. sic scribendum interpungendumque: Praemissus — una — iussusque — navibus — occurrere. Ab Reginis triremi una *, ab — quattuor praeter —. Post una excidit saltem sive sumpta sive data.

48, 8 comma post esse tollendum; nam simulans non cohaeret cum traicit, sed cum solo hoc: omnibus ab-ductis, hac sententia: quum, simulans — esse, omnes abdux-isset; cfr., quae Madv. exposuit praef. ad XXXI, 30, 6.

48, 9 ego sponte conieceram Livium scripsisse die quinto per Ionium mare (Madv. per mare Ionium) in Cephalle-niam; (cfr. § 7 Ionio mari = per Ionium mare). Multo enim veri similis est tria verba excidisse, quam per pro in scriptum esse.

49, 4 ego scripsi Subit deinde cogitatio † animi, incertus, scripseritne Livius, ut vulgo editur, animum an, ut Madv. coni. (rectius de pluribus, cfr. § 2), animos an, ut ego coni., animis; cfr. XL, 8, 9, ubi post spes subibat animum dicitur subituram vobis memoriam, quemadmodum apud Ovidium Metam. XV, 307 nobis, ex Ponto IV, 15, 30 animo; et alia significatione Livius XXVII, 2, 7 scripsit primae legioni tertia — subiit; cfr. Liviana illa murum et muro succedere. Librarius animi pro animis scripsit, aberrando, ut saepissime, ad sq. qui belli, ut § 8 cogitationum pro cogitationibus ob sq. omnium.

49, 5 adversa secundaque accommodando ad cogitatio scripsit Livius pro adversorum secundorumque (cogitatio).

49, 7 sic interp. (omissis commatis post pater et bello, commate post praebebat pro semicolo posito): Persei — famam («stort Ry») 1) et bello clara Macedonum gens («Makedonernes Berømthed i Krig») 2) et Philippus pater inter — bello («og Philips Navnkundighed i Krigen») praebebat, 3) tum (= et) ipsius Persei — nomen («dernæst den Omstændighed, at Perseus's eget Navn —»).

50, 1 ex codicis praeciderint malim facere praeciderunt quam, ut vulgo scribitur, praeciderant.

50 10 comma post conveniat tollendum.

51, 3 sic interp.: Summa — fuere. Quorum (1) pars — erant; Hippas Beroeaeus praeerat. (2) Delecta —.

51, 5 scr. Paeones et («og») ex Parorea et Parastrymonia — Agrianes, deleto et ut orto ex -e aut aberrando ad et superius inferiusve. Nam Agrianes in Parorea et Parastrymonia habitabant, non item Paeones, qui Macedones fuerunt longe inde remoti.

51, 8 pusilla res notanda; ex misso potius misto quam mixto faciendum fuit.

52, 8 post quae excidit sena millia peditum; v. 31, 2.

52, 11 Livius, opinor, scripsit non facta, sed facta («Makedouerne havde Vaaben, tagne frem af det kongelige Tilbehør [Arsenal, Rustkammer], som var tilveiebragt ved —»). Non mirum, si librarius post cura et impensa scripsit facta.

52, 14 scr. ex Sigon. coni. incognitum fama. Cognitum incognitumve (hominibus) aliquid est fama, non famae.

53, 2, ubi cod. parere, ego conieci ad iter se parare (ipsi se pararent, non ab aliis pararentur).

53, 5 comma post exercitu tollendum. — Ibid. ego ex cod. Begorritim e nom. Begorritis; cfr. Maeotis, Mareotis, Moeris, Sirbonitis, Bistonis, Lychnitis, Copais, Trichonis, Nessonis, al.

53, 6 ego malim post Pythoum ante et addere que (q.) quam cum Madv. delere et (unde ortum?); nisi forte in adzouis latet azorū et; sed illud -is potest esse aberrantis ad superatis.

53, 8—9 sic interp.: — recepit (sic enim scrib.); Cyretias — («men, nødt til at storme —»).

54, 1 defendo iaculati sunt («kastede med Skjældsord imod»); cfr. Quint. IX, 2, 79.

54, 4 alteram Madv. coni. depulsa vi muris probo; ex-cidit saUl post UL.

54, 5 cur haeserit Madv. in genitivis irae — fiduciae («da dette, det pludselige Udfald, vidnede om —»), equidem non intelligo. — Ibid. scribendumne pauci a multis et fessi ab integris?

55, 10 scr. CCCC erant, cfr. 58, 14.

56, 3 sic interp.: nuntium, praetoris verbis qui —; v. ad XXXVIII, 38, 8. Mittere praetoris verbis nihil est.

56, 5 cuius, quod in cod. post obsidio additur, unde ortum? Suspicio fuisse in margine ad hoc: Boeotorum iuventute, quae pars (§ 4) ascriptum ad quae sive corrigendum sive explicandum, sed prave; nam est = Boetorum iuventute, sc. ea eius parte, quae = B. iuventutis ea parte, quae; cfr. XL, 31, 9. An CIVVS est aberrantis ad loCVM?

56, 6 duae ab Heraclea ex Ponto, i. e. Pontica, dicitur eo genere, de quo Madv. in praef. ad 51, 6 exposuit; cfr. XXVI, 39, 5 a sociis Reginisque et a Velia et a Paesto exigendo, XXX, 26, 2 legati sociarum urbium ex Graecia, XXXVII, 44, 4 ab — Magnesia ab Sipylo venerunt, Cic. Q. F. II, 9, 2 a Magnetibus ab Sipylo mentio facta est.

56, 10 ex Madv. coni. suppleo suos in castra revocavit; aberratum est ab - et ad - it. Quidem («men») recte se habere mihi videtur, ut per quod praeda opponatur suis.

57, 5 aut comma post placet tollendum aut post Interim quoque ponendum.

57, 6 scr. ex Madv. coni. processerunt; cfr. ad 61, 9. Aberravit fortasse etiam librarius ad praegressus.

57, 7 comma post erant ponendum («det var to Eskadroner, for en stor Deel bestaaende af Galler»).

57, 12 comma post orto delendum.

58, 4 ad haec: Tribuni—in praetorium auditur concurrunt ex discurret.

58, 10 potius explerat scribendum erat. Ceterum per se ipsum explebat aequae rectum erat, cfr. 51, 9; 61, 2; de plusquamperf. cfr. 51, 5.

59, 2-3 ego: *ut* et usu belli et ingenio impavida gens turbaretur (cod. et usu, omisso *ut* post -unt); usu belli respondet ingenio. — Deinde ex cod. vest. conieci Ita nunc (an Ita q. nunc? an ita est aberrantis ad ita aut ad Italicos?), tum (cum Gryn. et Madv.) suppleo gladiis hastas perditis *petere ipsum* que, nunc — nunc —.

59, 4 fuitne Quibus iam cum, quoniam in cod. tres litterae legi nequeunt?

59, 7. Quemadmodum indicativi perfectum pro futuro exacto Latinos interdum ponere notum est (Si illum oppresserimus, vicimus), ita apud participium quoque perfecti temporis esse pro fore poni, praeter hunc locum illi ostendunt: XXXVIII, 23, 3, XXXIX, 15, 5, Cic. Verr. II, 114, III, 226.

60, 2 fortasse excidit hastis non ante capita, sed ante hostium, prorsus Liviano ordine verborum (cfr. ad XXVIII, 2, 15): superfixa capita hastis hostium; cfr. etiam 62, 8 plurimum assensu comprobata sententia.

60, 6 comma post immissa delendum.

60, 9 ego missi *Romam* suppleo post *Aetolorum*.

61, 9, ubi cod. spem futuri praeponentes, ego con. spem futuri sibi proponentes; prae et pro persaepe permutantur; cfr. ad 57, 7. Ex praecipientes fieri vix potuit praeponentes.

62, 6 praefero Kreys. con. desinere Gryn. correctioni finiri; multo enim probabilius est excidisse de post que (q.) quam non solum *f* pro *f* (ut haud raro) scriptum esse, sed etiam bis e pro *i*. Finiri bellum magnificentius quam tam memorabili pugna (sine praep. ab; cfr. XLIV, 34, 9) Livius, opinor, dixisset; desinere ab dicitur ut incipere ab.

62, 8 commata post sententia et legati et missi omitenda. Itaque (i. e. quia numquam ab talibus consiliis abhorrebat regis animus) non separandum ab hoc: ad consulem missi, quocum arte cohaeret. («Altsaa blev der ifølge Fleres

af Kongens Bifald bekræftede Raad sendt Afsendinge til Consulen —.)

62, 10 magis probo Periz. coni. cessurum quam primum (aberratum est ab *m* ad *m* aut a *q* ad *p*) quam Gron. et ipsum, quod longe abest a primum.

62, 11 scr. Summotis iis.

63, 1; v. ad XXIII, 43, 13.

63, 2 sic interp.: utitur deteriori — favendo («idet den —»); favendo idem est quod favens).

63, 5, etsi ut ex -it nasci potuit, ego non ausim delere ut; cfr. enim XXXI, 42, 5, ubi item ad part. fut. additum est ut eodem modo, quo Graece additur ὤς. III, 5, 1 autem ut idem est, quod utpote, XXI, 32, 10 idem, quod quasi.

63, 6 Madv. in Emendd.: fuerat, cōrruerat, et defendi fortasse poterat plusquamp. fuerat, sc. antequam corruit; sed in ed. recte scripsit erat, corruerat; cfr. XXXII, 1, 10 duas portas quodque inter eas muri erat, de caelo tactum; XXXII, 24, 3 quantum inter duas turres muri erat, prorutum = XXI, 8, 5 tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, — prociderunt. Librarius ex erat fecit fuerat aberrando ad corruerat, quod deinde idem omisit.

63, 12, ubi in cod. est inttebanos ductus exercitus, vide, ne Livius scripserit Inde in («imod») Thebanos ductus exercitus. Excidit inde ante in et *t* geminatum est. Ex inde Thebas factum esse inttebanos minus veri simile est.

64, 3 scr. iubet atque — profectus (non addito est); v. ad XXI, 25, 9.

64, 4 ego coni. simulque in vallo atque ad portas. Excidit adque ante ad.

64, 9 ego coni. Stetit *Perseus* paulisper (aberratum a *p* ad *p*).

65, 9 ego ex cod. bipalmaie feci bipalmare; cfr. palmaris.

65, 14 Madv. coni. Eumenes Attalusque et Misagenes. Potest etiam et excidisse inter -es et at-.

66, 7 ego coni. nullo expectante, dum utcunque (dū excidit ante ut).

66, 9 scr. in iis.

67, 8 comma ponendum post Inde (i. e. deinde, non ab eo loco).

Symbolæ criticæ ad Valerium Maximum.

Scrīpsit *M. C. Gertz.*

Valerii Maximi libros quum initio huius anni perlegerem, etiam post Halmii operam, cuius tum exemplo solo utebar, multa reliqua esse videbam, quæ coniecturæ auxilio (nam ex libris manu scriptis nihil ultra subsidii expectandum esse videtur) sananda essent, et ipse subinde in corruptis locis resistens veram scripturam invēire studebam. Quæ tum breviter annotaveram, ea nunc, quum casu ad hunc scriptorem rursus delatus essem, uberiore disputatione tractare et cum studiorum meorum sociis communicare constitui, veniam tironi scriptori dari solitam mihi quoque datum iri sperans, sicubi erraverim. In hoc opusculo elaborando etiam Torrenii, Helfrechtii, Kempfii editionibus usus sum, sicut iis quoque Adversariorum criticorum partibus, quibus Madvigius, clarissimus magister meus, Valerium tractavit, eius beneficio mihi uti licuit, lætatusque maxime sum, quod pluribus locis mihi idem, quod illi, in mentem venisse videbam (velut ad I, 1, 8; 8 Ext. 18; II, 1, 7; IV, 1, 12; 8, 1; VII, 2, Ext. 10; VIII, 7 proœm.; 9, Ext. 2; 15 proœm.; IX, 2 Ext. 2). Aliis locis ex Torrenii notis antiquos editores idem, quod ego quoque conieceram, invenisse vidi; sed hæc ab opusculo meo prorsus removenda esse eo minus putavi, quo mihi indignius recentissimi editores ea plane præterisse visi sunt; quare, quæ huius generis habui, in notis plerumque posui. His verbis libellus meus iis, qui legent, commendatus sit.

Lib. I, 1, 4: Consimili ratione P. Clælius Siculus, M. Cornelius Cethegus, C. Claudius propter exta parum curiose admota flaminio abire iussi sunt coactique etiam. Sic in optimo codice B (Bernensi) locus scribitur, plane omissis verbis sex: deorum immortalium variis temporibus bellisque diversis, quæ in deterioribus codicibus ex duobus interpretamentis in archetypi margine adscriptis in textum verborum Valerii irrepserunt et ab omnibus editoribus

servata sunt, quamquam neque necessaria ad intellectum, neque, ut quidem in codicibus leguntur, recta sunt, ut coniecturis adiuvanda fuerint. Nam hæc primum: deorum immortalium aris (ita enim variis corrigunt, aut aris ante variis inserunt, quoniam variis propter diversis, quod sequitur, servandum videtur) necessaria non esse ostendit locus, quem ex Taciti Annal. II, 69 Kempfius attulit, ubi admotus similiter non addito aris legitur; quod Paris epitomator hoc verbum habet, facile de suo addere potuit. Deinde hæc: (variis) temporibus bellisque diversis, si variis omittitur, inepta (maxime propter additum verbum bellis), si servatur, otiosa nihilque significans temporis indicatio est. Huc quum accedat, quod melius intelligi potest, quo modo hæc verba addi quam quo modo in B omitti potuerint, spuria ea esse et auctori suo relinquenda neminem negaturum esse puto. Equidem aris, si necessarium putatur, ante admota, ubi facile omitti incuria librarii potuit, adiciere malim quam tot verbis otiosis Valerii sermonem complere. (I, 1, 8 Madvigius cetera recte scripsit, sed præterea scribendum esse videtur: *quoi* (B quod) mom. rel. examinari videntur; cfr. Zumpt § 419.)

Ibd. 14: (Regulus) Karthaginem petiit (Halmius rediit Torrenius fortasse rectius repetiit), non quidem ignarus, ad quam crudeles quamque merito sibi infestos deos reverteretur, verum quia cet. Verbum, quod est deos, corruptum esse constat, sed mendum tollere editores frustra conati sunt. Alii verbum prorsus eiiciunt, sed quo modo oriri potuerit, non apparet, nec cuiquam librario in mentem venire potuisse videtur, ut hoc verbum, cuius tam difficilis intellectus est, de suo adiceret; ut ex alio verbo hoc ortum errore esse fere certum sit. Sed quæ alii pro eo substituerunt, velut dominos, Pænos, hostes, aut apta non sunt aut a vestigiis scripturæ longius discedunt. Lipsius eos scribi voluit; verum sic, quod equidem sciam, Latini numquam locuti sunt. Valerium simpliciter *eo* scripsisse arbitror; inde propter antecedentes accusativos eos factum est, deinde deos ortum. Similis error I, 1, 8 initio (et infra 19) commissus est, de quo loco Madvigius disputavit. — Paulo ante si in his: ut ex se et uno et sene complures Pænorum iuvenes pensarentur præpositio ex cum Lipsio recte tollitur, etiam pronomen reflexivum ab ea pendens delendum esse videtur. Valerius enim in hoc loquendi genere per et . . . et, quo sæpissime utitur (velut II, 9, 2; 10, 2; III, 2,

7; 3 Ext. 2; IV, 3, 1; cfr. Madvigii Advers. crit. vol. II, p. 318 n.), personam, quam tali modo describit, numquam sic, ut hoc loco fit, addito pronomine significat. Dubito tamen, an locum sic corrigere non liceat. Nam præpositio ex plane de nihilo oriri non potuisse videtur; sin autem ita orta esse putatur, ut initio sic prave scriptum fuerit: et se et uno et sene, certe, qui hæc prava esse intelligere potuit, etiam meliorem corrigendi vitii rationem invenire potuisse videtur, quam ut et in ex mutaret. Meo quidem iudicio in pronomine mendum situm est, non in præpositione; et suspicor initio ita scriptum per compendium fuisse: ex S. C. (id est, ex senatus consulto) et uno et sene. Nam de captivis permutandis proprie senatus decretum fieri oportebat. Cfr. etiam Liv. epitom. libri XVIII, Eutrop. II, 25, ubi in hac re senatus solus nominatur.

Ibd. 19: (Æsculapius) qui ... suam ... venerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, dis multiplicavit. Quum subiectum verbi multiplicavit idem sit quod duorum verborum, quæ proxime præcedunt (traxit effecitque), pronomen scilicet relativum initio totius periodi positum, perverse pro corrupto vocabulo dis editores deus vel deus sic substitui volunt; novum enim subiectum sententiæ ratio non capit. Latet, opinor, nihil aliud quam *his*, id est *his rebus*, *his factis*. (An potius scribendum est *iis*, ut pro dativo commodi accipiatur? *iis*, id est, *colentibus*).

Ibd. 21: (senatus) Pleminii . . . avaritiam iusta animadversione vindicavit. Quum enim eum vinctum Romam pertrahi iussisset, ante (cod. B. qui ante) causæ dictionem in carcere tæterrimo genere morbi consumptus est. Pecuniam dea . . . recuperavit. Inepte sic locus in editionibus scribitur, quasi senatus animadversio in eo posita sit, quod Pleminius in carcere tætro morbo mortuus sit; quæ est deorum animadversio. Deinde rationem non reddunt pronominis relativi, sive plane falsum est, sive aliud in eo latet. Ego Valerium ad hanc formam scripsisse puto: Quum enim eum vinctum Romam pertrahi iussisset, *ubi* ante causæ dictionem in carcere . . . consumptus est, pecuniam dea . . . recuperavit. Cfr. Ianuar. Nepot. p. 491, 20 Halm.

Ibd. 6, Ext. 1: e cælesti templo ad privatas domos non consentaneos usus transtulisse. Mendum hic inesse apparet; sed Lipsii coniecturam, quæ antea vulgo probabatur, vis us

pro usus scribentis Madvigius Advers. crit. vol. II, p. 315 recte impugnavit. Ipse consentaneo usu scribi vult, ut pro obiecto verbi transtulisse intelligantur ostenta, quod non intelligo. Utraque coniectura conflata verum inveniri puto, sic enim scribendum censeo: non *consentaneo usu visum* transtulisse. Lipsii explicationem apud Torrenium expositam sequor.

Ibd. 7, 1: Sed quoniam divitias Midæ disertumque Platonis somnum attigi. Orationis concinnitas postulat, ut sic scribatur: sed quoniam *divitem* Midæ disertumque Platonis somnum attigi. In his *dives somnus, disertus somnus*, quod significare debet *somnum futuras divitias, futuram eloquentiam indicantem*, affectato loquendi genere nec tamen indigno Valerio dictum est. Error inde cœpit, quod divite Midæ scriptum est.

Ibd. Ext. 4 de Cræso filii mortem somnio sibi denuntiatam avertere studente sic scribitur: Quicquid ad evitandam denuntiatæ cladis acerbiter pertinebat, nulla ex parte patria cura cessavit avertere. Hanc scripturam Perizonius, quod in hoc viro maximo opere miror, inepte ita defendere studuit, ut bellum, venationem, comites gladiis cinctos, similia ea esse diceret, quæ ad evitandam mortem pertinerent, id est, quibus mors, quæ evitanda esset, accessi posset. Prodigii sane similem enarrationem! Vorstius rectissime vulgata scripturam impugnavit; nam «ipsa», inquit, «denuntiatæ cladis acerbiter avertenda utique fuit, verum quod ad eam evitandam pertinebat, id non avertendum, sed potius omni modo amplectendum fuit.» Sed quod legendum coniecit intermittere, in eo erravit. Scribendum enim simpliciter est *advertere*, id est, *animadvertere*; nam ita iam Vergilius, posteriore tempore Plinius, Tacitus aliique scriptores locuti sunt.¹⁾

Ibd. 8, 12: (Aviola) qui . . . mortuus creditus, quum aliquamdiu humi iacuisset, elatus cet. Neque humi sed in lecto corpus defuncti iacebat, neque humi iacuisset recte respondet elatus, quod sequitur. Sine dubio scribendum est *domi*.

¹⁾ Ibd. 8 proœm. in his: quæ . . . merito miracula vocentur, olim indicativum *vocantur*, ut etiam Pighius scribi volebat, solum verum esse putabam. Nunc ab errore me revoco; *vocentur* = λέγουσιν ἄν. Cfr. Quint. IX, 4, 32 et 83. Ibd. (8) 2 Halmius scripturam, quam ex margine codicis B affert, recipere debuit, ut ita scriberet: quem Epidaurii . . . venerati fuerant (= venerati erant), non fuerunt, quod perfectum pravum est.

Ibd. Ext. 8 de Daphita deorum contemptore hæc legimus: Hic quum eius studii esset, cuius professores sophistæ vocantur, ineptæ et mordacis opinionis cet. Ut Valerius sophistarum studium ineptam opinionem vocare potuerit, quo modo tandem hoc loco id adiectivum aptum est, præsertim cum adiectivo mordacis coniunctum? Non ineptitudo huius studii hic commemoranda erat, sed impietas; quare scribendum esse suspicor: *impia* et mordacis opinionis.

Ibd. Ext. 11 præpositionem vix abesse posse puto, ut scribi velim: quem . . . *ab* altero latere repercussum contrarius fluctus in navem rettulit.¹⁾

Adiiciam statim emendatiunculas aliquot, quibus me epitomatoris Iulii Paridis sermonem hic illic obiter sanasse puto; brevissime autem rem expediam, non multum ei operæ accomodandum ratus. Igitur p. 18, 1 Halm. cum Kempfio sic scribendum esse censeo: eo, augurio capto, posse fieri *dicente*, non *docente*, quæ verba sæpissime inter se permulantur; p. 50, 29 scribendum est omissa particula *ac*, quæ moleste adiicitur: Lentulus . . . prætervehens litus *Ægyptium*, visa flamma, . . . inquit; p. 51, 24 Valerii verba ostendunt scribendum esse *regionem* Eubœæ, non regnum, sic ut paulo post ob eandem causam *Romuli* ante repertum addendum esse videtur; et multis locis et in hoc et in ceteris libris Paridis verba ex ipsius Valerii sic emendari possunt, quos locos plerumque præteribo. P. 52, 30 puto scribendum esse: postquam inde sublatus *esset*, non est; Platonis enim verba sunt.

Lib. II, 1, 10: Defuncta viri cursu ætas ingredientiæ actuosam vitam favoris nutrimentis prosequatur. Sic codex B mendose locum scriptum exhibet; editores varie corrigere studuerunt. Alii velut Kempfius verbum, quod est viri,

¹⁾ Ibd. Ext. 13 Ianuarius Nepotianus (p. 501, 15 H.), quum sic scribit: geminatis dentium ordinibus turpis fuit, ostendere videtur, rectam apud Valerium hanc esse scripturam, quam Pighius quoque prætulit: duplici ordine dentium *deformis*, non *deformi*. Paulo post Ext. 14 post admirationis nomen *Strabonis* addendum esse videtur, quod huius hominis nomen Plin. maior in hist. nat. VII, 21, 85 Varrone teste fuisse tradit. Vix enim credibile est, Nepotianum indoctissimum scriptorem hoc nomen (p. 501, 18) afferre potuisse, nisi in Valerio suo reperisset.

plane tolli volunt, sed unde oriri potuerit, non demonstrant; alii aliud substituerunt vocabulum, sed quæ tentarunt, mihi quidem non satisfaciunt. Nam Vahlenii ratio sic scribentis: defuncta vitæ cursu ætas (quod nihil aliud significare potest quam *mortuos*) aperte pravissima est; virium cursu (B corrector), virili cursu (Torrenius), viridi cursu (Lipsius) omnia insolitum loquendi genus habent. Ni fallor, scribendum est: *defunctura* cursu ætas. Defunctura apte ingredientes contrarium ponitur. Litteris male distractis mendum ortum est. (Contrario modo erratum est apud Quintilianum VIII, 6, 67, ubi ex decens veri superiectio factum est decensuris sup., deinde demensuris sup.).¹⁾

Ibd. 4, 4: Nam neque tribu movetur nec a militaribus stipendiis repellitur. Vix ferri potest (quamquam in Valerio non prorsus negaverim), quod ex grammatica ratione fieri debet, ut pro subiecto horum verborum ex præcedenti sententia intelligatur: id genus delectationis. Ex Livii lib. VII, 2, 12, quem locum Valerius in his aperte ob oculos habuit, adiiciendum esse puto vocabulum *actor*, quod post movetur facile excidere poterat.

Ibd. 5, 5: Primitus enim ex libamentis victus sui deos... placabant. Adverbium primitus mire hoc loco ponitur nec ita, ut propria significatio propriusque usus huius verbi teneatur, quod præterea apud huius ætatis scriptores rarissimum est. Deinde pro ex libamentis aut simpliciter libamentis dici debuit aut ex victu suo, non adiecto vocabulo libamentis. Denique in codice B et scribitur, non prava præpositio ex. Correctio loci facilis est et certissimam quoque esse puto; scribendum enim: *primitiis* enim et libamentis victus sui. Hæc duo verba similiter iunxit A. Gellius Noct. Att. præf. 13: primitias quasdam et quasi libamenta ingenuarum artium dedimus.

Ibd. 6, 7: Inde Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinæ gravitatem, prisca moris obser-

¹⁾ Ibd. 2, 9 iam Gronovius verba, quæ sunt hortatu Faustuli educatoris sui, ante facto sacrificio transponenda esse viderat. Hæc verba plane tollere, quæ in omnibus codicibus sunt, nimis audaciæ est, quum prorsus non intelligatur, quo modo librarius hanc annotationem de suo addere potuerit. Quod Valerius rem ita solus narrat et fortasse erravit, ad hæc verba ei abiudicanda non valet.

vantia, caritate populi Romani præcipue conspicui. Particula inde statim initio posita intelligi non potest, quum in antecedentibus nihil sit, quo referatur; nam quod Athenienses hoc instituto usi sint, inde Massilienses quoque usurpare disciplinæ gravitatem, certissimæ nugæ sunt. Deinde verba, quæ sunt disciplinæ gravitatem, miro modo a sequentibus, quibuscum ablativo casu (gravitate) aptius coniungerentur ad verbum conspicui relata, divelluntur, ut obiectum habeat verbum usurpant. Denique inter observantia et caritate copula insolito modo, quum duo tantum membra orationis sint, omittitur. Loci sententia certa est: proxime ante in sexto exemplo externorum institutorum Valerius memorabile Atheniensium institutum in libertis ingratissimæ manumissionis rescindendæ commemoravit; nunc de simili Massiliensium instituto dicturus est. Scribendum igitur est: *Idem* Massilienses quoque . . . usurpant, disciplinæ *gravitate*, prisci moris observantia, caritate populi Romani præcipue conspicui. Contrario modo V, 5, 3 (p. 252, 3 Halm) in cod. B idem pro inde scriptum est, et hæc verba alibi quoque inter se permulata me vidisse certo scio.

Ibd. 11: Laudanda utrorumque populorum animi præstantia, quod et patriæ incolumitatem fortiter tueri et fidem amicitiae constanter præstandam arbitrabantur. In postrema sententia verba, quæ sunt patriæ amicitiae, incolumitatem fidem, fortiter constanter ex æquo posita inter se respondent; sed quid verbo tueri faciamus, quod voci præstandam respondere debet, sed extra constructionem verborum est? Saltem tuendam scribendum erat, quod Barthius iam proposuit, cui stulte obloquitur Torrenius; sed dubito, an fœdum sit additamentum eius generis, cuius non pauca in B sunt a lectoribus librariisve verba non intelligentibus adiecta, et quidem sæpe eo consilio, ut efficeretur aliqua orationis æquabilitas, quæ desiderari videbatur (cfr. ad VIII, 7, 2). Alia huiusmodi additamenta in B punctata sunt, quo librarius aut corrector codicis subditicia ea esse significavit; sed multa restant, quæ recentissimi demum editores deprehenderunt, necdum tamen omnia eiecta sunt. Cfr. Madv. Adv. crit. vol. I p. 91, vol. II p. 321. Infra ad II, 7, 11 et 10, 2; VII, 3, Ext. 1; VIII, 7, 2 et Ext. 6 alia additamenta demonstrabo.

Ibd. 7, 4 post C. Cotta addendum erat vocabulum *consul*, nam sic lacunæ origo (P. Rupilius consul [. . . C. Cotta

consul] P. Aurelium cet.) melius explicaretur. Recte hoc verbum addi ostendit Frontinus strateg. IV, 1, 30. 31, qui aperte eodem fonte usus est, ex quo Valerius sua hausit, nisi forte ei Valerius ipse pro fonte fuit.

Ibd. 6 veri similis mihi quidem videtur, Valerium sic scripsisse: ne turbato militiæ *ordini* vindicta deesset, quam quod nunc editur, ordine: neque tamen meam rationem solam veram esse confirmare audeo. Illud certius est, quod postea in eodem exemplo (p. 87, 2 H.) scribendum est sua sponte *e* præsidio progressus, adiecta præpositione, quæ facillime excidere poterat.

Ibd. 11: (Q. Fabius Maximus) . . . mansuetissimum ingenium suum ad tempus deposita clementia severiore uti severitate coegit. Sic in B scribitur; in editionibus pro severiore vulgo sæviore substituitur. Uterque comparativus ineptissimus est, multo tamen magis prior, quem Halmius retinuit. Ut clementia, ita etiam severitas nullo addito adiectivo appellari debet. Librarius videlicet primo post clementia statim severitate scribere cœpit, omisso verbo uti interiecto; deinde errore animadverso ipse se revocavit et *severi* imperfectum, sine dubio punctis notatum, reliquit; punctis non intellectis aut non animadversis posterior librarius *severiore* finxit. Sic enim sæpe in codicibus menda orta sunt. Et video Pighium annotasse, a codice Susiano, quem vocat, comparativum plane abesse.

Ibd. 15 (p. 92, 20 sqq. ed. H.): Nam quum eos (milites Cannenses) gravitate decreti ultra mortuorum conditionem relegasset (senatus), cet. Quid sit aliquem etiam *ultra* mortuorum conditionem relegare, ego equidem non intelligo, vereor ut quisquam intelligat. Videlicet scribendum est: *intra* mortuorum conditionem relegasset, id est, *mortuorum loco eos haberi iussisset*, sicut dicit epitomator Iulius Paris. (In huius verbis hoc loco aut *pugnæ* aut *e* pugna pro simplici pugna (superfuerant) scribendum videtur.)

Ibd. inferius (p. 93, 19 sqq. H.) sic scribitur: Quorum nescio utrum maius dedecus fuerit, quod patria spei, an quod hostis metus nihil in iis reposuerit, hæc pro se, ille ne adversus se dimicarent parvi ducendo. Non prorsus negare audeo, fieri posse, ut *parvi ducere* ita interpretari liceat, ut sit idem quod *non curare*: nam ita demum constructio defendi fortasse poterit, sententiis a particulis

(*ut et ne* incipientibus cum hoc verbo conjunctis. Sed saltem post hæc particula *ut* addenda erat, quod etiam Perizonium sensisse video. Ac tamen ita quoque insolita constructio est, vereorque, ne alia ei insit significatio atque ea, quæ hoc loco requiritur; sequi potius debebat sententia conditionalis. Quare mihi quidem sic Valerius scripsisse videtur: hæc pro se, ille adversus se *si* dimicarent, parvi ducendo. Quum post se, quod fieri facile poterat, si excidisset, aliquis, ut aliqua tamen constructio efficeretur, ne ante adversus addidit, relicto in omisso ut veræ scripturæ vestigio.

Ibd. 8, 3 in loco difficillimo, et quod ad rem ipsam, quæ commemoratur, et quod ad verborum intellectum pertinet, qui sic scribitur: triumphi honorem . . . sprexit ac repudiavit, nimirum non plura præcerpens, quam acciderunt, ante omnia tenenda verbi præcerpendi significatio est. Quod quum proprie significet *fructus immaturos et ante tempus carpere*, de honoribus accipiendis translate dictum nihil aliud significare posse videtur nisi *honores, quibus dignus non sis, accipere*. Si hoc verum est, nihil aliud mutandum esse puto, sed solum scribendum plusquamperfecto tempore: *acciderant*. Hæc enim Valerii sententia est, Fulvium Flaccum (quis hic fuerit, nescimus), quum eo insolentiæ venire potuisset, ut triumphi honorem sperneret, ne iis quidem honoribus, qui ante ei habiti essent, velut imperatoris nomen, supplicatio (nam hæc triumphum præcedere solebant), magistratus antea ei oblatus, dignum fuisse, ut hos etiam honores præcerpsisse dici posset; sed damnatione statim insecuta (ob spretam, puto, religionem publicam triumpho insolenter repudiato) factum esse, ut non triumphi quoque honorem præcerperet. Aptius fortasse Valerius futuri temporis participium præcerpturus posuisset; sed quum id etiam significari debeat, hæc ipsa repudiatione factum esse, ut non triumphi quoque honorem præcerperet iam ei oblatum, facile præsens tempus defendi puto. Madvigius aliter locum tractavit in Adv. crit. vol. II p. 317; cuius correctionem non intelligo.

Ibd. 6: ne quis eo die, quo ille triumpharit, maioris in eodem convivio sit imperii. Temporum rationem non intelligo; quid enim sibi vult coniunctivus perfecti temporis triumpharit de actione, quæ ad idem tempus, ad quod etiam verbum sententiæ primariæ, pertinet, id est præsens vel futurum? Scribendum certe erat *triumphet*; sed puto codicem Vaticanum Iulii Paridis verum servasse: *triumphabit*, nam coniunctivus

necessarius non est; efr. Liv. II, 15, 3. Ita igitur et apud Valerium et apud Paridem scribendum est.

Ibd. 7: Q. Catulus M. Lepido cum omnibus seditiosis copiis extincto in urbem revertit. Malim *seditionis*, nam copię non tantum homines (milites) sunt. ¹⁾

Ibd. 9, 5: Quam enim impudenter Duronius rostra conscendit illa dicturus. Non re vera facit Duronius, sed Valerius hoc fingit. Quare scribendum coniunctivo potentiali *conscendat* aut certe *conscendet*; nam futurum apud huius ætatis scriptores eandem fere vim sæpe habet.

Ibd. 8: eos quoque gravi nota (censores) affecerunt, qui, quum in potestatem Hannibalis venissent, legati ab eo missi ad senatum de permutandis captivis, neque impetrassent, quod petebant, in urbe remanserunt. Oratio in his non cohæret, quum voces, quæ sunt legati ab eo missi . . . captivis, non habeant verbum, neque ad subiectum antecedentis sententiæ legati appositionis loco referri possit. Post verbum, quod est venissent, addenda certe sunt hæc duo verba: *Romamque essent* (legati ab eo missi cet.), nisi multo plura exciderunt, quod veri similis est. Narratio enim plena non est; neque enim veri simile est, Valerium iurandum legatorum, quo Hannibal eos adegerat, se non impetrata permutatione captivorum redituros esse, plane non commemorasse, præsertim quum postea dicat: quia Romano sanguini fidem præstare conveniens erat. Sed lacuna in codice Valerii, quo Paris usus est, iam fuisse videtur; iisdem enim mendis eius verba laborant.

¹⁾ Paulo post (p. 99, 6 H.) cum quibusdam editionibus antiquis scribeodum erat *constructa*, quod apte cum altero adiectivo coniungitur (consummata), non *constricta*, quod inepte Torrenius defendit, quasi Sulla, quum potentiam suam ad summum perduxisset fastigium, eam ipse constrinxerit eique modum imposuerit; quod etiam si fecisse dici posset, hoc tamen loco de eo non ageretur. Postremo sub finem huius exempli perspicuitatis causa Augustæ domus unciali littera initiali scribendum erat; significatur enim domus Augusti in Palatio, qua de re efr. Ovid. fast. IV, 953. metam. I, 562—64. Halmius ipse alio loco (p. 483, 12) cohors Augusta, non augusta scripsit. Ibd. 9, 2: At hoc crimen nescio an superiore maius illo. nam coniugalia sacra cet. Sic B. Rectius Torrenius et antiquiores: maius: illo *namque* coniugalia cet. scripserant, quam quod Kempfius proposuit, Halmius secutus est: maius: *nam illo*.

Ibd. 10, 2 (p. 105, 14): Ad eundem Africanum complures prædonum duces videndum eodem tempore forte confluerunt (*confluxerant?*). Verbum, quod est videndum, offendit Halmium solum, sed merito; nam prorsus importune flaccescens et otiosum hoc vocabulum superadditur. Sed non ex impuro Paridis fonte medela petenda erat, ut pro uno verbo tria substituerentur (videndi eius causa), nam eiusmodi veræ scripturæ depravatio vix cogitari potest, sed simpliciter additamentum importunum agnoscendum vocabulumque videndi tollendum. Valerius bene narrationi consuluit non statim ab initio reddita ratione, cur venissent, quod postea declaraturus erat; lector aliquis impatientis et præcipitis ingenii vocabulum addidit. Cfr. supra ad II, 6, 11. Sub finem eiusdem narratiunculæ (p. 106, 6 H.) sic scribitur in codicibus): læti, quod Scipionem vidisse contigisset, ad lares reverterunt. Qui essent lares prædonum per maria errantium, non intelligebam; quo quum accederet, quod Nepotianus (p. 512, 2, 3 H.) Valerii verba sic reddidit: læti hac beatitudine suam classem conscenderunt), conieceram scribendum esse: ad *naves* reverterunt, quod nunc etiam Torrenio in mentem venisse video. (An dixit Valerius *rates*, ut Seneca cons. ad Marciam c. 6, 3?) Coniecturam indigne Kempfius neglexit, ut multas alias editorum veterum.

Ibd. 5: (P. Rutilio exuli) Asiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos secessum eius opperientes obviam miserunt. Pravum prorsus est opperientes neque ullum sensum hoc loco habet; nec sic legit in codice suo Iulius Paris, qui Valerii verba ita reddidit: sibi quæque tanti viri præripiantes discessum (secessum scribere debuit). In cod. B. ante secessum rasura est, in qua eius latere videtur, quod verbum librarius primum pravo loco scripsit, deinde ipse errore animadverso sustulit; pro opperientes scribitur operientes. Genitivus eius per compendium ita scribi solebat, ut scriberetur ei addita virgula; ita cum dativo sæpius permutatus est. Prorsus scribendum esse puto: legatos secessum *ei aperientes* (cfr. Liv. I, 8, 5: asylum aperit); nisi, quod æque facile fieri poterat, operientes ortum est ex *offerentes*, quod ad legatos aptius referri posse videtur.

In Paridis epitome p. 64, 30 Halm. ed. scribendum est *descendebat (-bant?)*, p. 65, 34 *loquerentur*, p. 73, 26 *furvæ*,

p. 100, 28 *pervenerant*, Valerio ipso rectam scribendi rationem ostendente.

Lib. III, 2, 4: Magnus initio huiusce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Cosso quoque multum adquisitum est, quod imitari Romulum valuit. Quod dicitur initio inchoatæ gloriæ, sensu cassum est; sed vulgarem errorem librarius comisit, adjectivi casu ad proximum substantivum accommodato; sic enim scribendum esse videtur: magnus initio huiusce generis *inchoato* gloriæ Romulus, quamquam paulo contortior est verborum ordo. *Initium inchoare* dixerunt etiam Livius XXXIX, 23, 5 et Tacitus Germ. 30 init. Deinde particula quoque molesta est; ea enim ita demum recte poneretur, si simile aliquid de Cosso diceretur, atque quod de Romulo dictum est, velut si sic scriptum esset: *Cossus quoque simili sua victoria magnam gloriam adeptus est*. Denique non animadvertunt, acquirere non prorsus idem esse, quod simplex *quærendi* verbum. Difficultatem loci tolli puto non valde audaci correctione; scribendum enim censeo: *Cossoque* multum adquisitum est, quod imitari Romulum valuit. Valerius non comparisonem inter Cossum et Romulum instituit, talem præsertim, qua Cosso maiorem pæne gloriam tribueret, sed dixit, Cossum non modo victoria sua ipsa per se spectata gloriam adeptum esse, sed magnam huiusce gloriæ accessionem eo illi adquisitam esse, quod ita Romulum, qui factio huiusce gloriæ generis initio magnus esset, imitari valuisset.

Ibd. 7 lacunam cœdicum recte Madvigium explevisse puto et ipse simili modo expleveram; sed unum restat. Nam in his: ut et ipsi... ornamenta præteritæ vitæ retinerent et plebi ad fortius sustinendos casus suo [exemplo animos facerent], verbum plebi, quod B in rasura habet, recte Halmio suspicionem movisse videtur; neque enim plebs sola in Capitolio erat, sed etiam multi nobiles. Si ductus litterarum in codicibus servatos ad veritatem accedere putamus, eos prementes pro plebi potius *pubi* scribamus; nam *iventus*, non *plebs* appellanda est.

Ibd. 8: Quo demoto (melius vulgo: dimoto) proximum tumultum occupavit effecitque, ut omnis Volscorum conversus impetus legionibus nostris ad confirmandos animos salutare laxamentum daret. Ad participium conversus necessario requiritur loci indicatio; quare editores antiqui ante hoc verbum in se addebant, vix tamen

recte, nam potius addere debebant in eum (tumulum). Correctio facilis est; nam ante duas primas participii conversus litteras eo facile excidere poterat, quod addendum est.

Ibd. 10: concitatam fuga Punicam [classem nantes ubricis pelagi quasi cam]porum firmitate pedites in littus retraxerunt. Verba parenthesi inclusa in codicis B margine suppleta sunt, fortasse vere, sed mendum restat; nam ablativi lubricis et firmitate difficilem, si modo ullam, explicationem habent. Saltem participium velut *innixi* ante lubricis addendum est.

Ibd. 24: (L. Sicinium tradunt) sex et XXX spolia ex hoste rettulisse, quorum in numero octo fuisse, cum quibus . . . ex provocatione dimicasset. Pronomen relativum quorum nisi ad spolia referri non potest; at cum hostibus dimicatur, non cum spoliis. Paris habet: spolia rettulit, ex his octo eorum, qui se provocaverant. Item apud Valerium scribendum est: quorum in numero octo fuisse *eorum*, cum quibus cet. Quam facile verbum excidere potuerit, apparet.

Ibd. Ext. 4: Othryadæ quoque pugna pariter ac morte speciosa Thyreatium laude quam spatio latius solum cernitur. Ad substantivum, quod est solum, adiectivum aliquod requiri videtur, quod indicet, quale propter Othryadæ mortem solum cernatur; nunc enim nimis nude hoc solum cernitur positum est; neque tale adiectivum in his: laude quam spatio latius inveniri facile apparet, quum hæc universam qualitatem, quæ non ad hanc rem singularem spectet, indicent. Præterea ablativorum, qui sunt pugna ac morte speciosa, ad verbum, quod est cernitur, relatorum usum vix explicare rationemve reddere possis. Ni fallor, hic quoque locus vulgari errore, quem supra (III, 2. 4) commemoravi, depravatus est et sic corrigendus, ut pro speciosa scribatur *speciosum*. Ordo verborum hic est: Thyreatium solum, laude quam spatio latius, Othryadæ pugna pariter ac morte speciosum cernitur.

Ibd. 3, Ext. 1 sub finem: quæ (philosophia) ubi pectore recepta est, . . . totum in solidæ virtutis munimento confirmat. Ad substantivum talis notionis, qualis est munimentum, præpositio in non apte addi videtur; *in virtute confirmare* itemque *in statione virtutis confirmare* dici poterat. Quare omittendum in esse censeo, præsertim quum ex antecede-

denti *m* littera facile ortum sit. Solidæ (malim *solido*, sed non audeo corrigere in Valerio) virtutis munimento est ablativus instrumentalis.

Ibd. 6, 1: Ad quas (exercitationes Græcorum Scipio) tamen veniebat, quum multum ac diu fatigasset humeros et cetera membra militari agitatione firmitatem suam probare coegisset. Prorsus inepte inter se divelluntur humeros et cetera membra, ut alterum verbi fatigasset obiectum fiat, alterum eodem modo ad hæc: firmitatem suam probare coegisset referatur. Utrumque substantivum ad utrumque verbum obiecti loco referri debet, ideoque post verbum, quod est agitatione, inserenda est *et* particula.

Ibd. 7, 3: Qui enim licet hoc loci Nasicam præterire, fidentis animi dictique clarissimum auctorem? Quid sit fidentis animi auctorem, nec ipse intelligo, nec quemquam intelligere puto. Omnia recta erunt ineptissima particula copulativa que remota. Nasicæ fidentis animi dicti auctor vocatur, hoc est, a quo fidentis animi dictum profectum est. Quo modo mendum oriri potuerit, in aperto est.¹⁾

Ibd. 8: Est enim iniquum, Quirites, quum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere, sed tamen cet. Pro enim Pighius quidem posuit; sed *enimvero* in asseveratione ponendum erat. Cfr. Madvigii Emendatt. Livv. p. 244 n. Adv. crit. II, p. 253 (ad Cæs. B. Gall. V, 7).

Ibd. 8, 1: quum ea peregisset, quorum administrandorum celerior esse necessitas videbatur. Mihi quidem adiectivum celerior nullo modo apte cum substantivo necessitas coniungi posse videtur; celeritas enim ad administrandi rationem pertinet. Scripserat, ni fallor, Valerius: *citerior* esse necessitas videbatur. Cfr. huius capituli Ext. 1 (p. 159, 15 H.): dum aliud ceterioris curæ negotium tractatur. (Sub finem huius exempli ego quoque conieceram, scribendum esse: si eum intra se *ipsam* partita laude æstimes, pro eo, quod in codice est, ipsum: nam laus est, quæ intra se partitur, altera parte ad constantiam animi in pu-

¹⁾ Ibd. 7 Halmius nescio qua de causa codicis B scripturam (animi præstantia), quam Kempfius tamen retinuerat, deseruit falsam Vorstii coniecturam (animi præsentia) secutus. Cfr. II, 6, 11 (p. 82, 3 H.).

niendo, altera ad victoriam pertinente. Sed nunc Kempfium idem scripsisse video, quod miror Halmium plane neglexisse.)

Ibd. 5: Sulla occupata urbe senatum armatus coegerat ac summa cupiditate ferebatur, ut C. Marius . . . hostis iudicaretur. A quo hoc ferebatur? Displicet maximo opere hoc impersonaliter enuntiatum, quum Sulla id tulisse dici debeat (cfr., quod sequitur: cuius voluntati nullo obviam ire audente). Scribendum est *ferebat*; ut ex sequenti ut ortum est.

In Paridis epitome præter alios locos, quorum rectam scribendorum rationem ipsius Valerii verba ostendunt, hi corrigendi sunt. P. 136, 33 H. scribendum est: qui gymnosophistæ *vocantur*, non *vocentur*; propter coniunctivos antecedentes in hac quoque sententia coniunctivus prave scriptus est. P. 157, 30 H. lacuna sic explenda videtur: solus in exilium *aspernatus* eius leges profugit.

Lib. IV, 1, 7: deinde utraque parte perorata excedentes curia subsecutus est. Non memini umquam me hoc videre utraque parte perorata pro eo quod est: *causa ex (ab) utraque parte perorata*. Quare scribendum esse puto: deinde *ex* utraque parte *perorato* (cfr. Madv. Gr. L. § 429 n. 1; nam perorare sæpe intransitive ponitur). Omissa præpositione alterum mendum sponte nascebatur.

Ibd. 12 initio sic scribendum putabam: Sentio, quos cives *quæque* facta; sed revocavit me Siesbyeus, amicus doctissimus, qui horum annalium vol. IX p. 272 multis exemplis probavit, in sententiis interrogativis ve sæpe usurpari, ubi que expectandum erat. Sequitur autem locus, qui inter corruptissimos Valerii est. Primum codicis B scripturam proponam, quæ talis est: sed quum magna mihi atque permulta breviter dicenda sint, claritate excellentibus viris sermo infinitis personis rebusque circumfusus utrumque præstare non potuit. In codicibus deterioribus omnibus primum hæc: mihi atque per non leguntur, sed et pro his suppletum est. Deinde ommissa sunt verba viris sermo (pro sermo B mg. habet stilus); denique in aliis non potuit plane omittitur, in aliis non potuit aut nequeo aut non possum legitur. Ex his apparet archetypum horum codicum lacunas habuisse, quas habuit sine dubio etiam archetypus codicis B; nunc enim in eo antiqua interpolatione nec tamen ea ubique felici expletæ sunt, ut vitia occultarentur; sed quod hoc factum non est, eo ipso interpolatoris manum deprehendimus.

Kempsius de loco corrigendo plane desperavit; Halmius reliqua codicis B scriptura servata in uno Fœrtschium secutus verbo, quod est breviter, uncis includendo medicinam non multum proficientem scripturæ attulit, quum gravia superent menda, maxime in pronomine utrumque, quod intelligi nullo modo poterit; præterea breviter adverbium subditivum esse vix credas. Prima huius scripturæ difficultas in adverbio breviter sita est, quod tantum ad alterum ex præcedentibus adiectivis pertinere potest; neque enim quia magnæ, sed quia permultæ sunt, res breviter commemorandæ sunt, quin imo, quia magnæ sunt, copiose commemorandæ erant. Offendit etiam in prima sententia permulta pro solo multa positum. Deinde vitium in pronomine utrumque est; quo enim hoc referatur quænamve hæc duo sint, quæ significantur, ex verbis, ut nunc leguntur, non apparet. Hoc tamen elucet, alterum contineri his verbis: (per)multa breviter dicere, ut alterum huic respondens hanc fere sententiam habere debere videatur: *magna copiose et abundanter dicere*. Mendum porro in eo est, quod hæc: infinitis personis rebusque nimis nude posita sunt, quum adiectivum aliquod requiratur harum rerum personarumque qualitatem significans; dicendum enim est, non modo infinitas sed etiam claras eas esse, qua de re maxime agitur. Denique dativus claritate excellentibus viris molestus est, maximeque offendit verbum, quod est viris, quum personis rebusque sequatur. Eas difficultates, quas primas nominavi, tollendas esse puto lacuna, quæ ex codicis B vestigiis decem fere litterarum spatium comprehendisse videtur, alio modo expleta; sic enim scribi velim: Sed quum magna *abundanter*, multa breviter dicenda sint, . . . (sermo) . . . utrumque præstare (non potuit). Quum narratio propter rerum magnitudinem copiosa et abundans esse velit, eadem autem propter rerum multitudinem breviter postulet, scriptor utrumque, et copiositatem et breviter, præstare non potest, ideoque Valerius, ut postea significat, alterum, breviter scilicet multa narrandi rationem, eligit. Simili ratione ceteris quoque difficultatibus loci medendum esse censeo; nam hoc modo archetypi lacunas rectius expleri puto: claritate excellentibus *numeroque* infinitis personis rebusque circumfusus utrumque præstare *non potui*. Incerta, quæ supplevi, esse fateor; sed rectam tamen veri inveniendi (si umquam invenietur) viam me ingressum esse puto. Quum enim in

archetypo deteriorum codicum aperte lacunæ fuerint neque ea, quæ in codice B inveniuntur, harum lacunarum explementa sententiæ satisfaciant, aliam interpolationem nobis tentare iure licet.

Ibd. 13: (Metellus) non e theatro prius abiit, quam spectaculum ederetur. Vix dubitari potest, quin verbum, quod est ederetur, depravatum sit; nusquam enim, quantum scio, sic usurpatur, ut idem significet, quod finiretur, quod auctor de vir. ill. 62, vel perageretur, quod Paris in eadem hac re exponenda dixerunt; et hoc tamen significari debebat. Scribendum esse puto *cluderetur*; sed litteræ *clu* post similes litteras, quibus verbum præcedens terminabatur (culu) omissæ sunt; in archetypo deinde nostrorum codicum ex litteris deretur factum est ederetur.

Ibd. Ext. 8. Atque ut Theopompo quoque . . . moderationis testimonium reddamus, qui quum primus instituisset, ut ephori Lacedæmone crearentur, ita furæ regiæ potestati oppositi, quemadmodum . . ., atque illi quum uxor dixisset cet. Sic B. Primum constructio sententiarum aperte laborat; quare Halmius pro atque, quod in omnibus codicibus legitur, æquum est scripsit, puncto post reddamus posito, Kempfius autem antiquiores secutus relativum qui sustulit. Utraque coniectura improbabilis est; tollenda potius est ut particula a librario propter sequentem coniunctivum addita, aut ex litteris antecedentibus ue orta (nam in cod. B sic scribitur: atq. ut), tum punctum post reddamus ponendum. Deinde furæ, quod in B corrupte scribitur, neque tollendum est, quod Halmius Vahlenium secutus plane improbabiler fecit, nec cum Kempfio et codicis B correctore in futuræ mutandum est, sed tenendum, quod in codicibus deterioribus et antiquis editionibus legitur, *futuri*.

Ibd. 2, 1: M. Æmilius Lepidus . . . splendori . . . honorum par vitæ gravitate. Sic tamen ne ipsum quidem Valerium, quamvis audax sit, loqui ausurum fuisse puto, ut *hominem ipsum vitæ gravitate splendori honorum parem esse* diceret. Scribendum esse puto: *pari* vitæ gravitate, ablativo qualitatis. Vitæ gravitas splendori honorum par erat eique respondebat.¹⁾

¹⁾ Ibd. 7 retinenda erat antiquorum editorum scriptura: *recitavit etiam eius epistolam in iudicio*. Præpositio male in codicibus omittitur;

Ibd. 3, 6 sub finem, quum codex B sic scriptum habeat: namque urbs quum voluptati plurimum tribuit, malim cum codice aliquo deteriore, quem Torrenius nominat, sic scribere: namque urbs, *quæ* voluptati cet., quam nam quæ, sublato quum, ut editores vulgo fecerunt.¹⁾

Ibd. 5, 5. Pompeius . . . «ite», inquit, «et istud officium præstate victori». Dicerem non dignus, qui vinceretur, nisi a Cæsare esset superatus, certe modestus in calamitate. Merito in hac loci interpungendi ratione librarius, qui deteriore quendam codicem scripsit, offendit et pro dignus accusativum dignum posuit. Sed tamen hi nominativi dignus . . . modestus defendi fortasse possunt, modo melior adhibeatur interpunctio. Nam ante dicerem punctum delendum, comma ponendum est, quum nominativi dignus . . . modestus appositionis loco ad subiectum antecedentis sententiæ (Pompeius) referendi sint. Quamquam melior esset hic verborum ordo: *non dignus, dicerem, qui* cet.

Ibd. 6, 3: Quorum ibi factum sepulchrum est Tarenti etiam nunc conspicitur, quod vocatur cet. Sic codex B prima manu scriptum habet; corrector est omittit, quod etiam in deterioribus quibusdam codicibus non legitur, quibus usus Lipsius Tarenti tamquam additamentum delevit, quamquam vix intelligi potest, quo modo interpolator hoc interpretamentum ad adverbium ibi perspicuitatis causa necessario

nam iudicio dativus esse non potest, quum non sic usurpetur, ut sit idem quod iudicibus. Nisi forte *iudicibus* scribendum est; cfr. Halm. præf. XV.

¹⁾ Ibd. 3, 12 recte antiquiores secutus ediderat Torrenius, quod ego conieceram: multum a prisca continentia . . . Cato *discedit*; in codicibus inepte descendit legitur. Apud Ianuar. Nepot. p. 509, 30 H. similiter *discedens* pro *descendens* Maius scribendum esse vidit; cfr. etiam Quintil. VIII, 6, 23. Cap. 4, 9 extr. Halmius fortasse typhothæ errore (nam in codicibus nihil variari videtur, si Kempfio fides habetur) præposito *prave* pro proposito habet. Cap. 5, 3, quem locum ne nunc quidem post ea, quæ Madvigius Adv. crit. II p. 321 tentavit, satis intelligo, videndum, ne sic verba scribenda et distinguenda sint: suffragatorem agere cœpit, ut *qui* scilicet præturam . . . vindicaret. Nec maximum *eius* verecundiæ pretium: Scipio tunc honorem adeptus est, sed *sic* Cicereio (B: sed si Cic.) magis gratulati sunt (quam si ipsum prætorem fecissent). De verbis verecundiæ pretium cfr. Madvigii enarrationem.

adiiciendum esse credere potuerit. Nunc certe, cum in optimo codice est legatur, dubitari vix potest, quin locus sic scribendus sit: Quorum ibi factum sepulchrum est — Tarenti etiam nunc conspicitur —, quod vocatur cel.

Ibd. Ext. 3: Minyæ . . . a Pelasgicis expulsi armis . . . Taygetorum montium iuga supplices occupaverunt. Sic in codice B legitur, sed verbum, quod est armis, in rasura manu tertia scriptum est, neque dubitari potest, quin pravum sit, et propter ipsius verbi notionem huic loco non aptam, et propter præpositionem *a*, cuius usus hic insolitus est, quare Torrenius eam contra codices sustulit. In codicibus deterioribus pravius adhuc ramis scribitur. Apparet, in archetypo verbum legi non potuisse et interpolatoribus deberi, quod nunc scribitur. Aptissimum ad sensum erit, si sic scripserimus: a Pelasgis (sic recte Paris) expulsi *advenis*.

Ibd. 7 proëm: Felicitatis cultus maiore ex parte adulationi quam caritati erogatur. Vereor, ut recte habeant dativi; neque enim adulationi, sed felicibus hominibus adulatione (abl. causæ moventis) cultus erogatur. Ablativo casu scribendum censeo: *adulatione* quam *caritate* erogatur.¹⁾

Lib. V, 1, 1: (senatus Karthaginensium legatis) reddidit iuvenes, numerum MMDCXLIII exple[utes verum] tantum hostium exercitum dimissum, tot Punicis iniuriis veniam datam. Sic codex B, sed litteræ, quas parenthesi inclusi, in rasura manu tertia scriptæ sunt. In codicibus aliquot deterioribus sic legitur: iuvenes, numerum trium, expletissimus (-os) rerum, quam scripturam, mutato tantum numerum in numero, defendentem Perizonium recte refellit Kempfius, nihil ipse de vera scriptura statuere ausus. Rumpfii coniecturæ, quam Halmius recepit, omnem fidem detraxit Madvigius Adv. crit. II p. 323 not. Verba, quæ sunt: Tantum hostium exercitum dimissum, tot Punicis iniuriis veniam datam, plenam et aptam

¹⁾ Ibd. 5 Torrenius recte, quamvis obloquatur Kempfius, codicis B correctorem secutus est inicam pro eo, quod in codice est, unicam scribendo. Neque minus recte idem paulo post adiecta præpositione, que facile omitti poterat, a Cinnano exercitu scripsit; quocum etiam epitomator Paris consentit. In huius epitome p. 175, 28 H. modicis regni *uti* terminis coegissent ex Valerio scribendum esse apparet; alia menda omitto, quæ facile ex Valerio corriguntur.

sententiam per se efficiunt; Valerius senatus humanitatis admiratione captus sic exclamat; accusat. cum infin. ex Madvigii G. L. § 399 explicatur. His verbis a ceteris diiunctis iam aliquid profectum est. Quod ad antecedentia pertinet, ex codicum vestigiis apparet, aliquid in archetypo post explentes (nam hoc verbum, quod etiam Paris servavit, verum sine dubio est) scriptum fuisse, sed extremas demum litteras erum legi potuisse, librarios se vario modo expedivisse. Iam quum verba usque ad explentes sententiam efficiant, in qua nihil desideretur, nihil adici posse videatur, deinde a verbo tantum rursus per omnes partes plena incipiat sententia, vocabulum, quod in archetypo his sententiis interpositum fuit, plane eiciendum fuisse videtur. Hoc verbum equidem numerum fuisse sentio, quod librarius errore iteravit, deinde ipse eradere studuit, quod ita fecit, ut aliqua tamen vestigia remanerent. Potuerunt tamen etiam librarii nostrorum codicum iteratione offensi alterum numerum pro suo quisque ingenio corrigere, ut mendum apertum removerent, itaque, quæ nunc leguntur, oriri.

Ibd. 7. Huic facto par eiusdem viri humanitas. A quæstore suo ... captivos vendente puer missus est. Fœdissimum Valerii hoc ad Africanum minorem referentis errorem recte Kempfius et alii agnoverunt et Pighium et Perizonium pro viri scribentes avi iure impugnaverunt. Sed in verbis, quæ posui, sicut in codicibus et editionibus nunc leguntur, gravia menda sunt. Quum enim iam antecedens exemplum humanitatis Scipionis specimen sit, hoc loco ineptissime iterum humanitatis appellatio infertur, et recte Vorstius et Perizonius in ceteris errantes Valerium de eodem viro loquentem alia vel illa humanitas dicturum fuisse contenderunt, quamvis hoc neget Kempfius. Præterea ne apud Valerium quidem *humanitatem alicui facto parem* dici ferendum videtur. Deinde ad missus est necessario dativus requiritur. Denique pronomen reflexivum suo pravum est. Aut in verbo humanitas medicina latet, qua omnia vulnera sanari debent, aut, quod potius putaverim, in archetypo aliqua exciderant aut legi non poterant, ut lacuna post vocabulum humanitas signanda sit. Audacem certe meam coniecturam esse video, tamen scribere audeo: Huic facto par eiusdem viri humanitas *aliud tum ostendit, quum ei* a quæstore suo missus est. De pronome reflexivo suo iam recte posito cfr. Zumpt. Gr. Lat. § 550 s. f. — Ibd. sub finem huius exempli in codicibus rursus tur-

batum est. In codice B teste Kempfio sic initio scriptum fuit: eos victoriae maximos fructus ratos ***s*orna**
 **** om*nib; regi* sanguinem suum restituere. In codicibus deterioribus locus eo modo interpolatus est, quo Halmius edidit, et apparet, aliqua feliciter correctam esse, aliam minus feliciter adiutam; velut verbi, quod est templorum, nullum in antiqua scriptura vestigium est, ut plane abiiciendum sit. In cod. B corrector primum ratus legendum esse significavit, *u* supra *o* scripto, et hoc quidem recte; perverse autem post sequens *s* in rasura *i* addidit et supra versum *c* adscripsit, ut fieret sic, deinde in rasura post litteras *orna* scripsit *tum*, quod lacunae spatium non explet. Certissime fere lacunarum spatia animadvertentes amissas litteras supplere possumus, ut iam in codicibus deterioribus ex parte factum est; sic enim scribendum est: ratus *dis* ornamenta, hominibus regib; (*o*: regibus) sanguinem suum restituere; pro ornamenta fuisse videtur *hornamenta*, *h*, ut saepe fit posterioribus temporibus, ante vocalem otiose addito. Solum mendum in verbo, quod est regibus, superest, quod vocabulum Kempfius recte interpretamenti loco adiectum fuisse voci hominibus demonstravit, ut Masinissam regem intelligendum esse significaretur.

Ibd. 10: (Pompeii caput) abscisum a corpore . . . nefarium Aegyptiae perfidiae munus portatum est, etiam ipsi victori miserabile. Dicendum certe erat, cui aut quo caput portaretur, et miror neminem ante me verbum hoc significans desiderasse. Certe ante portatum vocem *Cæsari* inserendam puto; fieri tamen potest, ut plura simul exciderint.

Ibd. Ext. 3: quo . . . honoratius exciperentur (legati Romani, Pyrrhus) ipse cum ornato equitatum extra portam occurrit. Sic cod. B. mendose scriptum habet. Quod codicis corrector substituit cum ornato equitatu, verum esse non posse videtur, quum Paris quoque substantivum ornato habeat; praeterea nonne ipse quoque rex ornatus erat? Mendum in solo verbo equitatum est, pro quo *et comitatu* scribendum esse suspicor.

Ibd. Ext. 6: Vos quoque, fortes ac pia umbrae, non paenitendas sortitae estis exequias. Inepta particula quoque est, quum non iam antea de aliis idem dictum sit, scribendumque est: *vosque*, fortes . . . umbrae, quod iam in codice aliquo deteriore (Berolinensi altero) legitur. (Paulo ante nescio an melius duci, quod cod. B a prima manu et ali-

quot deteriores exhibent, tollatur, quam in ducum mutetur. Certe sine hoc substantivo Romanorum gravius Hannibalis contrarium ponitur. Lector aliquis verbum fortasse non plene scriptum sed tantum notatum adiicere potuit, ut duces antea nominatos intelligendos esse significaret.)

Ibd. 2, 1 lacuna ita potius explenda esse videtur: Marcium patriæ [*ulcisci iniuriam*] conantem. Quum in codicibus scribatur iniuria addita supra *a* litteram lineola, quæ accusativum accipiendum esse significet (iniuriā), mendi origo facile apparet.

Ibd. Ext. 1: Non enim pretium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis honorata est. Occasio liberalitatis ea occasio est, qua Syloson Dario liberalitatem præstitit, tum scilicet, quum privatæ adhuc fortunæ Darius erat, neque beneficii remunerationem Syloson expectare poterat. Sed participium honorata quem sensum habeat, non satis intelligo; significare videtur: *in eo honorando et mercede donando spectata est*, sed hoc nescio an tam breviter exprimi non possit. Præterea de utroque subiecto (pretium rei — occasio liberalitatis) simile aliquid prædicandum esse videtur (rei scilicet æstimationem significans), quod nunc non fit. Quare pro honorata est scribendum esse suspicor *ponderata est*, quod antecedenti æstimatum (est) apte respondebit.

Ibd. Ext. 4 s. f.: Quorum (beneficiorum) quoniam religiosum cultum instituimus, nunc neglectum suggillandi gratia, quo sit gratior, referemus. Miror, neminem adhuc de vulgari huius loci scribendi ratione, quam posui, dubitationem movisse, quum vix dubitari possit, quin gravimendo laboret. Quid est enim subiectum illius sententiæ: quo sit gratior? Si sensum spectes, religiosus cultus esse debet, hoc autem grammaticæ leges non permittunt; ex iis enim neglectus (cultus) necessario subiectum est, sic autem sensus prorsus interit. Quin etiam si pro gratior esset ingrator aut tætrior, duplex consilii significatio molesta esset. Locum sanari posse puto una littera mutata; scribendum enim esse censeo: quo *sīs* gratior; nam ita duæ consilii significationes non offendunt, quum non ex æquo positæ sint. Non laus modo gratorum, sed etiam suggillatio ingratorum efficiet, ut gratiores simus. ¹⁾

¹⁾ Ibd. 3, 3 (p. 238, 2 H.) video apud Kempfium correctorem codicis B et antiquos editores recte tam luctuosam *illum* opem . . . orasse

Ibd. 3 Ext. 2 contra linguæ usum, qui ubique, quod sciam, servatur, utpote cui Apollo . . . respondisse fertur indicativo modo editur, quum scribi deberet *feratur*. Altero loco, qui ad indicativi usum post *utpote qui* probandum in lexicis afferri solet (ex Ciceronis ad Att. ep. II, 24, 4: utpote qui nihil contemnere solemus), Orellius et Wesenbergius coniunctivum restituerunt. Plane alius generis est locus Quintiliani XI, 2, 25, ubi causalis significatio in ut qui non est.

Ibd. Ext. 3 s. f.: Tacent mutæ illorum umbræ, fati necessitate constrictæ; at immemores beneficiorum Athenæ reprehensione lingua sermone licenti soluta non tacet. Sic in loco vexatissimo cod. B scriptum habet. Bene Kempfius hæc: immemores benef. Athenæ, vocativo casu accipiendâ esse animadvertit; tum lingua subiectum verbi tacet est, et solo verbo reprehensione mendum continetur. Quod post hoc verbum Kempfius digna (neutr. plur.) inseruit, hæc scriptura eo laborat, quod ita priore loco tacere intransitive, altero transitive ponitur: quod ipse vidit. Eodem vitio Halmii scriptura laborat. Neuter vidit, quod tamen iam Torrenium animadvertisse nunc repperi, ad lingua necessario genitivum requiri personam, cuius sit lingua, significantem. Quare Torrenius, in ceteris errans (nam sic scribi vult: immem. benef. *Athenas reprehensionis* lingua . . . non tacet, verbo itidem prave transitivo), hoc tamen recte vidit, quod ego quoque, non cognito eius invento, conieceram, reprehensionem Valerium personam finxisse (ut iterum IX, 1 proœm.), scribendumque esse: *reprehensionis* lingua non tacet.¹⁾

Lib. VI, 1, 6: filiam enim suam, quod ita stupri se crimine coinquinaverat, interemit. Sic cod. B habet. Pro mendoso ita Torrenius ista, Halmius ipsa, corrector B codicis ea substituerunt, sed pronomen demonstrativum vitiose

scripsisse, non illam, quod pronomen, quo referatur, non habet. Præterea obiectum personam significans ad orasse requiritur.

¹⁾ Ibd. 4 Ext. 5 codex B hanc scripturam ostendit: ad ultimum as iam solitudinis pervenerant. Apparet, librarium, quum errore ultimum scripsisset, se ipsum revocasse, et sine dubio punctatis um litteris rectas litteras as scripsisse. Inde corrector codicis B recte ultimas iam solitudinis (= es) effecit, quod multi antiqui servarunt, Perizonius eumque secuti recentiores male spreverunt, prælata scriptura vix intelligenda. In codicibus deterioribus a librariis as iam conflantibus de Asiæ nescio quibus solitudinibus multæ nugæ sunt.

abundat; ne Kempfii quidem coniectura item scribentis satis placet. Paridis epitome ostendere videtur, ab eius codice vocem prorsus afuisse. Puto in archetypo nostrorum codicum scriptum exstitisse hoc modo: QVODIA, ex quo non animadversis punctis posteriores librarii quod ita fecerunt, quum solum *quia* facere debuissent.

Ibd. 11 servata voce similis, quam alii improbabiler sustulerunt aut mutarunt, sic scribi velim: æque similis *facti* fœdus exitus.

Ibd. 2, Ext. 1: (mulier) a Philippo rege temulento immerenter damnata «provocarem ad Philippum», inquit, «sed sobrium». Coniunctivus potentialis ineptus est; quare Madvigius Adv. crit. vol. II, p. 326 provocaram scripsit (ab alio scilicet iudice ad Philippum); sed huic coniecturæ et enarrationi vix assentiendum esse puto, maxime quod epitomator Paris locum Valerianum plane aliter legisse videtur. Putavi olim simpliciter *provoco rem* scribendum esse; nam quum Paris provocare iudicium habeat similiterque ipse Valerius VIII, 1 Absol. I (p. 371, 25 H.) locutus sit, vix dubitandum est, quin æque bene *rem provocare* Romani dicere potuerint. Sed quum Paris rem multo plenius ac melius narret, neque ipse usquam, ubi de Valerii verbis dubitatio esse non possit, ita suo Marte res plenius exponere soleat, ut hic factum est, sed auctorem suum veri epitomatoris modo pressius eius verba reddendo sequatur, nunc dubito, an Valerii codices, quibus nos utimur, versu omisso mendum postea interpolatione occultatum traxerint. Sic enim fere ut apud Paridem legimus, Valerium ipsum scripsisse arbitror: immerenter damnata [provocare se vociferata est, eoque interrogante, ad quem] provocaret, ad Philippum, inquit, sed sobrium. Deinde propter extremorum verborum similitudinem (provocare — provocaret) verba, quæ parenthesi inclusi, ommissa sunt, ut sic scriberetur: damnata provocaret ad Philippum, quod interpolator aliquis sententiæ non satis curiosus provocarem scribendo se correxisse putavit. Versu demum omisso ex Paride suppleto difficultates scripturæ, quæ ex coniunctivo provocarem et ex particula sed (quæ in tali demum responso aptam sedem habere videtur, quale apud Paridem est) oriuntur, recte tolli arbitror.

Ibd. 3, 9 sine ulla causa idonea omnes editores optimam codicis B scripturam spreverunt, quæ hæc est: uno quoque

existimante, optimo illam exemplo violatæ *sobrietati* pœnas pependisse, dativo casu voce sobrietati posita, pro quo sobrietatis edunt. Valerius sobrietatem ipsam tanquam personam pœnas ab ea repetentem fecit, quod se violasset. Prorsus similis locus est apud Curtium VI, 3, 14: omnibus regibus gentibusque et fidei, quam violavit, meritas pœnas solventem.

Ibd. 5, 5 scribendum videtur: erat in eodem pectore *et inimicus et Domitius*.

Ibd. 7, 2 in his: quum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus vix evaderent, ille... in coniugis sinu salutem retineret, vix fieri potest, quin errore librarii, qui archetypum nostrorum codicum scripsit, ante vix omissum sit *exitium* vel simile aliud substantivum, quod obiectum sit verbi evaderent et salutem, quod in sequenti sententia est, respondeat.

Ibd. 9, 12 rectius, quam apud editores factum est, depravata codicum scriptura sic corrigi posse videtur: *id quoque* (B itaq. qui) amara suggillatione non caruit: quum egens ambularet, dives ab occurrentibus salutabatur. Nam ceteri ita scribi volunt, ut Crassus necessario subiectum fiat verbi, quod est caruit suggillatione; quod minus recte fieri puto.

Ibd. 14. Iam C. Marius maxime fortunæ luctatione: omnes enim eius impetus sustinuit. Sic in cod. B vitiose scribitur, nisi quod Kempfius maxime (id est: maximæ) legi dicit, ut nesciam, illine an Halmio fides tribuenda sit. Editores inde a Pighio pro his scripserunt, quod codicis B corrector coniectura effecerat: C. Marius maxima fortunæ luctatio (est); sed etiam si Latini *hominem aliquem luctationem alicui esse* dici potuerint, quod vix credo, certe tamen est, quod editores addunt, præsentī tempore pro fuit pravum est. Puto equidem veram scripturam ad codicis B vestigia propius accessisse, quæ fortasse hæc fuit: Iam C. Marius maxime (*maximæ*) fortunæ *luctationi* (scil. fuit, cfr. Madv. Gr. Lat. 479 a, extr.); certe veri similis est, Latinos sic locutos esse, ut *aliquem alicui luctationi esse* dicerent, quam quod supra posui. (Paulo post in his: ex illo Mario tam humili Arpinate (B: Arpina, corr. Arpinate, ocorrect. Guelferbyt. Arpini), tam ignobili Romæ, tam fastidiendo candidato cet., mendum residet, quod ea orationis

membrorum æquabilitas, quam Valerius aperte sectatus est, nondum effecta est. Si verum est substantivum *Arpinate*, quod ut credam propter respondens tertii membri verbum candidato adducor, pro Romæ item *Romano* scribendum videtur; sed res prorsus incerta est. Sub finem denique huius exempli deteriores codices si particulam, quæ facillime excidebat, post miserimus adicientes cum veteribus editoribus sequi malim, quam cum Kempfio et Halmio constructionem a Valerio mutatam agnoscere).

In Paridis epitome p. 277, 28 scribendum est: *rem coniuugi suo ostendit*; p. 300, 31: (pugna) quæ . . . fuerat acta, . . ., deinde IV tribunorum virtute *restituta est* (cod. *restitutae*, id est *restituta ē*); p. 302, 32: *non motus his Domitius*; p. 304, 33: *precante [filio et] populo ut parceret*; p. 316, 30 titulus: *De mutatione fortunæ ante exemplum 7 transponendus est*; alia omitto.

Lib. VII, 2 Ext. 11: (Aristotelis) est utilissimum præceptum, ut voluptates abeuntes consideremus, quas quidem sic ostendendo minuit. Fessas enim pænitiæque plenas animis nostris subiicit, quo minus cupide repetantur. Quum voluptas hoc loco non de affectu et sensu hominis dicatur, sed de iis rebus, quibus fruimur, quod verba, quæ sunt consideremus et repetantur, clarissime ostendunt, prave voluptates fessæ pænitiæque plenæ appellantur; animi hominum voluptatibus fruentium sic vocari debent. Quare scribendum dativo casu esse censeo: *fessis* enim pænitiæque *plenis* animis nostris subiicit (*voluptates* scilicet). Mendum ortum est, quod librarii obiectum desiderarunt; id autem facillime ex superioribus intelligitur. (Paulo post, in exemplo 12, *miseris* pro *miseriis* conieceram, quum solo Halmii exemplo utebar, quod nunc ab antiquis usque ad Torrenium editum esse video. Adiectivum et propter antecedens substantivum numero longe aptius est, et, quod adiectivo felices respondere debet, plane necessarium.)¹⁾

¹⁾ Ibd. 17 summo consensu omnes editores sic scripserunt: *postero die . . . deleri eas oportere dixit*, quum in codice B sit *delere*. Mihi quoque passivum magis placet; sed cur tandem hoc loco activum cupide corrigunt, cum in exemplo 7 (*nutrire leonem*) retineant? Certe veteres editores melius fecerunt; nam aut ubique passivum ponendum est, aut, si utrumque genus adhiberi potuisse putemus, optimi codicibus parendum.

Ibd. 3, 4: Quod sequitur, narrandum est. Valde miror, neminem tam inepto initio offensus esse; nam quod Aldus, Ascensius, alii quoque adiecerunt, id nulla ex parte ineptiis medetur. Videtur significari, scriptorem ad aliam rem commemorandam festinare seseque revocare, quasi in iis, quæ adhuc narravit, diutius, quam oporteret, moratus sit; sed huius rei neque ullum in superioribus vestigium est neque esse potest. Torrenius explicat: «narrandum est, id est, non præmittendum, quoniam est vafrum quam maxime, licet etiam inhonestum et iniustum atque adeo non imitandum, quod sic subindicat se de Romano homine maluisse suppressere.» Hoc quidem Valerius significare debuit, sed non significavit; Torrenius id de suo adiecit. Ne multa, desideratur verbum, quod Valerii de hoc Fabii facto iudicium vel in hac re narranda animum significet; cfr. initium exempli sequentis: nam M. Antonio remittendum convicium est. Recta omnia futura esse puto, si unum vocabulum adiecerimus: Quod sequitur, *invito* (scil. mihi) narrandum est. Quum in archetypo sequitur per compendium ita scriberetur, ut fieret sequit, addita virgula terminationem ur significante, facile propter extremarum litterarum similitudinem invito excidere poterat. Similis Valerii in eiusmodi rebus narrandis sententia est, quæ libr. IX, 3, Ext. præem. legitur: maximis viris exprobrare vitia sua verecundiæ est, cet. (Paulo post controversiæ vocabulum in B punctatum tollendum esse dixi apud Madvigium in Adv. crit. II, p. 328.)

Ibd. Ext. 1 extr. in codice B sic scribitur: summa in hoc mansuetudo ***** in alterius regis equisone calliditas. In lacuna septem fere litteræ fuerunt, quæ erasæ sunt; pro iis corrector in rasura summa quoque de sua coniectura scripsit, et in margine significavit, post in hoc adicienda esse verba cum calliditate. Correctoris coniecturam veteres editores omnes præter Perizonium secuti sunt, quos recte refellit Kempfius. Hi eam scripturam receperunt, quæ in codice B a prima manu est; quocum consentiunt deteriores, in quibus lacuna occultata est. Halmius summa adici vult, omissa particula quoque, quæ propter ipsam sedem aperte prava est. Sed longe abest, ut ea scriptura vera esse possit, quæ tam gravibus mendis laboret, quam ea sunt, quibus noster locus inquinatus est. Primum pronomen demonstrativum hoc de Alexandro in hac scriptura necessario intelligendum esse

omnes non gravate ferunt, nec animadvertunt, Alexandri in hac narratione secundas partes esse, de asinario proprie fabulam narratam esse, ut Valerius, si ad novum exemplum transitum sibi muniturus superius in mentem revocare vellet, necessario asinarium, non regem, nominare cogeretur eumque pronomine demonstrativo significare; apparet etiam, quam perverse Alexandro alterius regis equiso contrarius ponatur. Deinde scire velim, quo pertineat mansuetudinis commemoratio? Nunc enim vafritiæ et calliditatis, non mansuetudinis exempla narrantur, ut huius appellatio ab hoc loco prorsus aliena sit. Nam inter mansuetudinem regis et calliditatem equisonis quam absonum sit institui comparisonem, qualis in hac scriptura fit, vix dici necesse est. Licet Valerius ineptiis et nugis non paucis locis opus suum inquinaverit, nullo tamen modo tam stultum ad novam rem exponendam transitum elegisset, præsertim quum multo aptiorem sine ulla difficultate reperire potuisset. Hoc igitur facile affirmare audeo, pronomen hoc de asinario necessario intelligendum, deinde mansuetudinis appellationem necessario ab hoc loco removendam esse; nunc exponendum est, quomodo vitium oriri potuerit. In eo codice, quo archetypi omnium nostrorum codicum librarius usus est, iam lacunam fuisse aut verba aliqua legi non potuisse apparet. Librarius igitur, quum sic fere scriptum locum invenisset: summa in hoc ***** in alterius regis equisone calliditas, interpolatoris partes egit, et pronomine hoc Alexandrum, qui proxime antea nominatur, significari errore ratus mansuetudo addidit, quod de Alexandri facto aptum ei vocabulum visum est. Ita ea scriptura orta est, quæ in codice B a prima manu legitur; neque tamen librarius mendam plane occultavit, ut in deterioribus codicibus factum est. Deinde B codicis corrector ulterius interpolandi partes sibi sumpsit, infeliciter in ea re versatus; annotandum tamen est, eum iam mansuetudinis appellatione offensum esse ideoque hæc: cum calliditate in margine adscripsisse. Demonstrata iam vitiorum origine lacunæ, quam archetypi librarium invenisse dixi, quamque in scriptura supra proposita indicavi, probabili modo explendæ munus superest. Potuit Valerius sic scribere: summa in hoc *asinario*, *neque minor* in alterius regis equisone calliditas; sed hoc plane incertum esse prorsus concedo, neque fortasse umquam verum invenietur. Sed viam demonstrasse satis mihi erit; aliis, qui hariolari volunt, campus late

pateat. Quod ad rectam huius loci interpungendi rationem pertinet, exemplum primum aperte in verbo rapuit desinere, deinde ab his: summa in hoc, quæ transitum faciunt, exemplum 2 ordiri debet. (Cfr. supra ad II, 6, 11.)¹⁾

Ibd. 4 Ext. 2: deinde (Hannibal) partem copiarum suarum de industria fugere iussit, quam quum a reliquo exercitu abruptam legio Romana sequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in insidiis collocaverat, curavit. Post hæc partem suarum copiarum fugere iussit abundare verba, quæ sunt a reliquo exercitu, abruptam nemo non videt; contra de legione una Romana simile quid dicendum fuisse apparet. Quare omnes concessuros esse puto, lenissima correctione scribendum esse *abrupta*, ad legionis nomen relatum, pro abruptam, ad quam (partem) relato.

Ibd. 5, 2: (civitas nostra) honoribus . . . , non patiendo eos a securis peti, debitum auctoritatis pondus adiecit. Hoc Romani ita solum facere poterant, si candidatos honoribus indignos repellerent. Iam verbum, quod est securis, nihil aliud hoc loco significare potest, quam candidatos, quæ facerent dicerentve, non curantes et ponderantes; indignos plane eos fuisse significare non potest. Pravum igitur verbum est, sed facile emendari potest; scribendum enim *scurris*. Aptissimum hoc verbum est, nam scurrilis Nasicæ iocus erat. Hanc tamen coniecturam nescio an Oliverius quidam occupaverit; nam Torrenii verba non satis intelligere potui. Certe non suppressendam esse duxi.²⁾

Ibd. 6, 4 primum sic scribendum esse videtur: digna enim *in eo* (B: enim et) causa erat, hinc an illi crudelitatem suam satiarent, ut di immortales spo-

¹⁾ Ibd. 4, 2 in his: cognito adolescens silentio simul ac patris facto loco aperte pravo genitivus patris positus est, quum ad utrumque substantivum pertineat. Aut cum B correctore ante ac aut post facto transponendus est.

²⁾ Ibd. 7, præm. Halmius, quod ad summam attinet, locum rectissime constituit verbis atque ita . . . exequar cum antecedentibus coniunctis; sed plura, quam opus erat, correxit. Scribendum enim sic est: atque ita, ut ea ordine, quo proposui, exequar. Nam eo ipso, quod ante ordine re vera ea (neutr. plur.) fuit, effectum est, ut librarius ablativum esse itaque Valerium voci ordo femininum genus tribuisse ratus quo in qua mutaret. Aliter mendi origo explicari non potest.

liarentur, ut sententia interrogativa ab his in eo pendeat. Deinde adiectivum ad voluntas desideratur, quod adiectivo truculenta ad manus addito respondeat, ut membra orationis æqualia fiant; quare ita scribendum puto: non ergo patrum conscriptorum voluntas *sedata*, *sed* (B: *sedate*) *teterr. nec. truc. manus cet.*

Ibd. 7, 3: Tettius in proprio iure procreato filio summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat. Duo menda in hoc exemplo sunt, quorum alterum Madvigius felici coniectura *lare* pro iure restituto correxit, alterum in illis: paternum nomen abrogaverat adhuc residet. Nihil enim aliud hoc significare potest, quam Tettium patrem filium suo nōmine vocari noluisse, hoc est, filium non suum declaravisse eumque eiuravisse; quamquam vel sic potius *filii nomen* dicendum erat. Verum Tettius filium non eiuraverat, sed eo maxime impudens et iniquum factum eius erat, quod filium non eiuratum exheredaverat; filius autem exheredatus, si nihil aliud, paternum certe nomen retinebat. Miro errore hic locus corruptus est, sed certam correctionem esse puto; nam pro verbis, quæ sunt paternum nomen, scribendum est unum verbum *patrimonium*.

Ibd. 8, 2: Afronia tamen ... testamentum ... matris patientia honorare quam iudicio convellere satius esse duxit. Tam indignum testamentum Afronia *patienter ferre* illa quidem poterat, *honorare* certe non poterat, si solito modo hoc verbum intelligendum est. Hoc autem loco idem valere videtur, ac si dictum esset *ratum habere*; sed eius usus simile exemplum vix demonstrari potest, et quid facias verbo, quod est patientia? nam id certe ineptissime adiicitur. Scribendum prorsus puto *onerare* (scilicet *invidia*; idem est, quod nos dicimus: «*stille i et slet lys*»). Huius significationis duo exempla plane similia ex Tacito afferre possum; alterum est in Annal. IV, 68: Sabinus audentius iam onerat Seianum, alterum in Hist. II, 64: Triariæ licentiam modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxor. Cfr. etiam Annal. I, 69. Apud Valerium ipsum locus, qui est in libr. VIII, 5, 4, proxime ad hanc accedentem verbi *onerandi* significationem ostendit. *Honorare* et *onerare* non paucis locis in codicibus permutantur.

Lib. VIII, 1, Absol. 5, ut vitetur genetivorum concursus, ex vulgatiore loquendi genere (cfr. Absol. 1) scribendum puto in cesti

crimine (cod. criminis) reæ, quod etiam in codice aliquo deteriore (Medic. 2 apud Torrenium) de coniectura librarii scriptum est.

Ibd. 11: nolumus caput alterius petentem in iudicium triumphos et tropæa spoliæque ac devictarum navium rostra deferre. Terribilis sit is adversus hostem, cet. Pronomen demonstrativum is quam pravum sit, miror neminem editorum animadvertisse; neque tamen certa ulla persona significata est, quæ sic demonstrari possit, neque, si ita esset, pronomen tamen ferri posset, quum nihil contrarium ponatur. Contra necessario ablativus instrumenti requiritur. Scribendum est: *terribilis sit his* (id est, his rebus, quæ proxime ante nominatæ sunt) adversus hostem. Video tamen in codice altero Guelferbyitano istis scribi, ut huius codicis librarius mendum senserit. (In Paradis epitome in hoc exemplo sic scribendum videtur (p. 376, 31 H.): ne videretur populus damnato Cotta non iudicium *suum* secutus, sed accusantis auctoritatem).

Ibd. Ambust. 1: constabat eandem . . . parricidium ultam esse parricidio. Quorum alterum ultione, alterum absolute non dignum iudicatum est. Prorsus contra Valerii sententiam Halmius in hac codicum scriptura non sustulit; potius retinenda erat ea scriptura, quam in duobus codicibus interpolatis Pighius inveniri indicavit, quamque editores antea retinuerant, quamquam ne ea quidem aptissima est. Ni fallor, omnia recte habebunt una voce addita, quæ etiam in vulgari scriptura ægre desideratur: alterum ultione, alterum *vero* absolute non dignum iudicatum est. Leve in his zeugma ferendum esse puto.

Ibd. 2, 1 fortasse scribendum est: Catonem . . . arbitrum Claudio addixit *formula*, quicquid sibi dare facere oporteret ex f. b.

Ibd. 7, 1: (Cato) disertissimi oratoris Galbæ accusationi defensionem suam pro Hispania opposuit. At Galba accusatus, Cato accusator erat, nec adduci possum, ut Torrenii explicationem veram esse credam, qui sic disputat: «Id vult auctor, a Catone defensam esse Hispaniam, quam accusabat Galba tamquam merito tam gravia a se perpessam.» Glareanus solus mendum sensit, sed infelici coniectura (apposuit) tollere frustra studuit. Fieri potest, ut ipse Valerius, quod legitur, scripserit; sed certe scribere debuit: Galbæ *defensionis* accusatio-

nem suam pro Hispania opposuit. Quamquam etiam librarii alicuius incuria mendum efficere potuit.

Ibd. 2: qua quidem industria (Cato minor) ostendit, aliis tempora deesse, alios superesse temporibus. Solus Kempfius difficilem locum enarrare temptavit, sed frustra. Nam ut concedam, superesse temporibus ita intelligi posse, ut sit idem, quod *imperare temporibus iisque bene uti scire*, quam interpretationem Gellio usus auctore defendit, quem I, 22, 13 Virgilii locum, qui est in Georg. III, 127, sic explicasse dicit (etsi hoc nullo modo Gellius dixit, nec eius disputatio huc ad partes vocari potest, quod quivis loco perlecto facile intelliget), quidnam tandem hac explicatione efficitur, quod illis: aliis tempora deesse apte contrarium reddi possit? cuiusmodi aliquid Valerium quævisse, ut acumine sententia clauderetur, clare ostendunt verba alii et tempora iterata. Pessimo additamento locus ita depravatus est, ut sententia plane interiret; eiecto verbo superesse, quod lector aliquis verbum quærens, quod deesse contrarium redderetur, inepte addidit, omnia recta erunt, Valeriique acumen apparebit hæc inter se contraria ponentis, aliis (velut ipsi Catoni, de quo maxime cogitat) defuisse tempora, alios (non tam industriosos, quam erat Cato) defuisse temporibus (non eo tempore usos esse, quo uti poterant). Quod ad formam, non ad sententiam pertinet, similis locus est apud Ciceronem pro Plancio 35, 86: dixisti non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. De Valerii additamenti cfr. ad II, 6, 11; perquam simile additamentum Halmius lib. II, 7, Ext. 2 detexit, item Perizonius lib. VII, 6, Ext. 3.

Ibd. Ext. 2: Pythagoras, perfectissimum opus sapientiæ a iuventa pariter et omnis honestatis percipiendæ cupiditate ingressus (nihil enim, quod ad ultimum sui perventurum est finem, non et mature et celeriter incipit), Ægyptum petiit. Sic in cod. B. legitur. Prævissime Halmius post sapientiæ comma posuit, tamquam Pythagoras perfectissimum sapientiæ opus appellari possit, deinde incensus pro ingressus scripsit; sed puto eum offensum esse ceterorum editorum scriptura, cupiditatem pro cupiditate ex deterioribus codicibus ponentium, et id quidem merito, quoniam ita et opus et cupiditatem obiecti loco ad ingressus referuntur, quod propter verba interposita a iuventa prævissime fit. Sed nihil in his mutandum est, et co-

dicis B scriptura verissima est, qua dicitur Pythagoras et inde a iuventute prima et summo omnium percipiendorum studio perfectissimum opus sapientiæ ingressus esse (h. e. studia, quibus ad perfectam sapientiam perveniret, instituisse; cfr. simile loquendi genus apud Valer. IV, 1, Ext. 1). Verissimam hanc scripturam esse ostendunt etiam verba per parenthesin deinceps posita, quibus hæc duo in studiis capessendis momenta, quæ sunt iuventus et cupiditas, iterum appellantur. Tamen vereor, ne verbum unum mutandum sit; nam pro celeriter, quod hoc loco ad incipit relatum idem fere, quod mature, significare videtur, scribendum esse suspicor *alacriter*, quo verbo discendi cupiditas aptius significatur. Certe simile huius adverbii celeriter usus exemplum invenire non potui.

Ibd. Ext. 6: nam si prædiorum potius quam ingenii culturæ vacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset non tantus Anaxagoras ad eos redisset. In his primum Anaxagoræ nomen sive appositionis loco subiecto postremæ sententiæ (is) adiectum putatur, ut adiectivum tantus attributum sibi habeat, prave hoc tantus Anaxagoras dicitur (cfr. Madv. Gr. Lat. § 300 n. 4); sive Anaxagoras ipsum totius periodi subiectum est, molestissime ita sub finem periodi interponitur. Veri simile igitur mihi quidem videtur, alterum ex his verbis tantus Anaxagoras spurium esse, et puto tantus a librario vel lectore aliquo additum, non ab ipso Valerio positum esse, ut tollendum sit. Deinde hæc sententia: dominus ... mansisset mire nec satis apte contraria ponitur in hac scriptura alteri sententiæ: non Anaxagoras... redisset, et peius etiam talis protasis cum tali apodosi coniungitur. Quare facillima correctione locum sic scribendum esse puto, quo facto omnia recte habebunt: nam si vacasset *et* dominus rei familiaris intra penates mansisset, non Anaxagoras ad eos redisset.

Ibd. Ext. 7: captis enim Syracusis Marcellus machinationibus eius multum ac diu victoriam suam inhibitam senserat. Eximia tamen hominis prudentia delectatus, ut capiti illius parceretur, edixit. Etiam si hic ablativus absolutus captis Syracusis 'cum verbo senserat coniunctus fortasse ex Madvigii Gr. Lat. § 431 b, n. 2 defendi possit (= *quum S. caperet*), quod tamen ipsum dubium est, quum ita aliud verbum atque captis (velut *obsessis*) ponendum fuisse videatur, Valerium certe in hac sen-

tentia particulam *quidem* adiecturum fuisse credo. Sed proprie ablativus absolutus ad verbum edixit trahendus est; ita autem et punctum perverse ponitur, et particula *etsi*, quæ sequenti tamen respondeat, desideratur. Qua addita multo melius omnia cohærebunt sic scripta: captis . . . Syracusis Marcellus *etsi* machinationibus eius . . . victoriam suam inhibitam senserat, eximia tamen hominis prudentia delectatus . . . edixit.

Ibd. 8, 2: Scævola autem, **** remissionis eorum certissimus testis. Sic in B codice locus scriptus est, servata lacuna. Codices deteriores eam infeliciter, ut Perizonius ostendit, verbo quietæ expletam habent. Si vere lacuna alicuius vocis defectum significat, de quo dubitari potest, quum plane nihil desideretur, fortasse his verbis *quietis et* aptissime expleri potest; nam quæ Kempfius (prædictæ) et Halmius (qui erat) temptarunt, nimis languent. *Quies et remissio* a Cicerone componuntur pro Cæl. 17, 39.

Ibd. 11, Ext. 3: præter cetera . . . perfectissimæ artis in eo (Volcano Alcamenis) præcurrentia indicia. Quo sensu accipiendum est verbum, quod est præcurrentia? Nihil aliud significare posse videtur quam *egregia* vel *præstantia*, nisi plane novam significationem, quam non novi, habere putatur; sed si *præstantia* interpretamur, inepte hoc adiectivum cum substantivo indicia coniungitur, idque magis etiam post perfectissimæ ad artis recte relatum. Scribendum sine dubio est *occurrentia*, nisi forte Valerius *procurrentia* eodem sensu dicere potuit, cuius usus nullum aliud exemplum habeo. Paulo post scriptura B codicis servanda est: ita tanquam certam . . . notam . . . significans; Kempfius eam recte defendit.¹⁾

Ibd. 14, 4: Et quantus postea, ne minimum quidem gloriæ vestigium contempsit. Hanc codicum scripturam Kempfius ita defendi posse putat, ut ante relativum demonstrativum tantus intelligatur; sed ita Valerius certe non quantus, sed aut tantus aut qui tantus scripsisset, et præterea particula et offendit, pro qua expectandum potius ita erat. Perizonius non recte quantusquantus scribendum esse censuit, hoc idem, quod quantuscumque, esse ratus. Equidem simpli-

¹⁾ Ibd. 11, 2 ex Paride sine dubio scribendum est: *At* (pro *et*) *is*: «ecquid scis illas nondum præterisse?»

citer locum sic corrigi posse puto: Et quantus postea *Ita* ne minimum quidem gloriæ vestigium contempsit. Exclamationem iam antiqui editores habebant; sed particulam, qua sequentia cum antecedentibus coniungerentur, non addiderant, quamquam necessario adicienda erat. De ita sic posito cfr. Cic. ad Att. VII, 2, 1; Suet. Cæs. 60.

Ibd. 15, 6: (Scævola) Asiam tam sancte . . . obtinuit, ut senatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus exemplum atque formam officii Scævolam decreto suo proponeret. Verbum, quod est forma, alibi sic usurpatum non novi. Scribendum esse puto *normam*, quo verbo Valerius simillimo loco, qui est in l. IV, 3, 5, usus est: M'. Curius, exactissima norma Romanæ frugalitatis idemque fortitudinis perfectissimum specimen. (In Paridis epitome h. l. scribendum esse videtur p. 424, 30: *qui* (non quod, quod nimis stultum esset) Asiam sancte obtinuerat.)

Lib. IX, 1, Ext. 5: Ptolemæus rex accessio vitiorum suorum vixit, ideoque Physcon appellatus est. Gronovius primam sententiam ita explicat: «quasi diceret, præcipuum in Ptolemæo non fuisse ipsum, sed vitia, quorum eum iure accessionem vel partem diceres.» Verum hoc esse puto (cfr. Liv. XLV, 7, 2 Senec. cons. ad Marc. 26, 7); sed quæ sequuntur, recte habere nullo modo possunt. Nam cognominis significatus plane alius est, ut propter eam causam, quam Valerius affert, ei inditum esse omnino non possit, neque Valerius hanc etymologiam aut ab aliis accipere aut ipse fingere potuit. Præterea, si ita Valerius dixisset, epitomator sine dubio non plane præterisset. Pro ideoque, quod verbum in antiquis codicibus locis corruptis sæpe invenitur, *is* (v. *ille*) *qui* sine dubio scribendum est.¹⁾

¹⁾ Ibd. 1, 1 Torrenius et antiquiores recte iam ediderant: ad *suspensa* calidæ aquæ tantum non æquora, quam in codicibus solito errore *suspensæ* scriptum sit. Neque magis dubito, quin paulo post Paris vera Valerii verba servarit, *separatim* (pro *separatis*) molibus exhibens, nam *separatæ* moles nugæ sunt. Ibd. 3, si grammaticæ legibus obtemperare voluissent editores, antiqui cuiusdam hominis coniectura usi scripsissent: sed quid ego de feminis ulterius *loquar*; nam significat se de feminis non ulterius locuturum esse. Propter hoc ipsum ulterius coniunctivus plane necessarius est.

Ibd. 2 præm: crudelitatis vero horridus habitus, truculenta species, violenti spiritus, vox terribilis, omnia minis (B omnianimis) et cruentis imperiis referta. Kempfius, iure impugnata eorum ratione, qui omnia ex æquo positum esse præcedentibus verbis (habitus, species, spiritus, vox) putarunt, nihil aliud restare dicit, quam «ut voce omnia præcedentia comprehendere dicamus, horridum habitum, truculentam speciem cet., omnia nempe ista minis et sævis imperiis referta, atque ita causam tristis illius aspectus breviter expositam subiungi credamus». Sed ceteræ partes additis adiectivis satis iam descriptæ sunt, ut fieri prorsus non possit, ut alio præterea novo modo describantur, et si Kempfius hoc voluit, crudelitatis habitum, ut hoc uno verbo exempli gratia utar, ideo horridum esse, quod (habitus) minis et cruentis imperiis sit refertus (nam aliter postrema eius verba intelligere nequeo), primum hoc ineptissime dicitur, deinde Valerius tam breviter loqui non potuisset, sed sine dubio dixisset: omnibus *scilicet* minis refertis, aut simili aliquo modo locutus esset. Verum sensisse Pighium puto, qui in voce omnia latere verbum aliquod neutri generis pluralisque numeri, quod partem aliquam huic crudelitatis prosopographiæ convenientem significaret; sed infeliciter ora scribendum esse coniecit. Ad sensum, quantum equidem video, aptissimum erit vocabulum *lumina*, quod apud Valerium usu quidem maxime poetico adhibitum vix offendere debet. *Lumina* pro *oculis* dixerunt etiam Cicero, Seneca, Quintilianus aliique. (Paulo ante fortasse *diffluentis* pro *affluentis* scribendum est.)

Ibd. 3, 2: C. Figulum . . . pacato iuris civilis iudicio celeberrimum. Quid sit iuris civilis iudicium non intelligo, neque umquam me hoc aut simile quicquam legere memini neque in lexicis reperire potui; mirandumque quam maxime est, editores de hac re nihil annotasse. Puto scribendum esse iuris civilis *studio*, neque hæc coniectura tam audax est, quam primo aspectu videri potest. Nam *s* littera semel scripta (civilistudio) ex *tudio* factum est iudicio, quod in his codicibus per compendium iud. addita virgula scribi solet. Paulo post in interrogatione aperte scribendum est: An *nos* (vulgo: vos) consulere scitis, consulem facere nescitis? Secundæ personæ pronomen supervacaneum est, quum nullum in eo pondus sit; contra obiectum abesse non potest quod maxime in secundo interrogationis membro necessario

requiritur; nam consules certe facere sciebant, C. autem Figulum consulem facere nesciebant, quod ipsum iis exprobrat, quum consulere se probe illi scirent. Consulem singulari numero post nos positum offendere non debet, quum nos unum solum hominem denotet; contraria ratione Cic. ad famil. ep. I, 9, 12 dixit: *tenebam memoria nobis consulibus . . idemque memineram nobis* privatis, et sic sæpius alibi. Sed apud Torrenium nos iam in codice aliquo deteriore (Leidensi quinto) de coniectura scilicet librarii scriptum inveniri video.¹⁾

Ibd. 5, 3: (Pompeius) non erubuit P. Scipionem . . . in maxima quidem reorum et illustrium ruina muneris loco a iudicibus deponere. Ineptissime particula copulativa duo adiectiva plane diversæ significationis reorum et illustrium coniunguntur. Tollenda sine dubio est.

Ibd. 11, 2: licentiam furoris ægre rei publicæ gemitu prosequendam. Sic cod. B; sed adverbium ægre sensu cassum est. Neque tamen ægræ pro eo substituendum videtur, sed potius *ægro* ad gemitu relatum.

Ibd. 12, Ext. 10: Polydamas athleta ceteris comitibus fuga periculum egressis solus restitit. Periculum egredi Latine non dici multi viderunt, nihilque agit Kempfius, qui, ut hoc dicendi genus defenderet, locum Valerii Flacci Argonaut. II, 277: *medios egressa metus attulit*, quum ibi propter adiectivum *medios locali*, ut vulgo fit, significatione neque præter usum vulgarem translate egrediendi verbum ponatur; nec minus inepte locutionem, quæ est ingredi pericula, comparat. In margine codicis B vitantibus adscriptum est, sed id pro egressis substituere aut addere (quo facto abundat moleste egressis) nimis audax correctio est. Scribendum esse censeo: *ceteris fuga periculi egressis* (cfr. Cic. de fin. I, 10, 33: *officia deserunt . . . fuga laborum et dolorum*; Liv. XXXVIII, 40, 15: *prælio excedunt Thraces, non fuga vulnerum aut mortis, sed quia cet.*). Paulo post scribendum est: *pondere omni corpore*

¹⁾ Ibd. 4, 1 immerito Kempfius et Halmius scripturam ab antiquis editoribus fere omnibus iure probatam deseruerunt: Quantam culpam quam *leniter* rettuli! Leviter, quod in codice est, plane perversam sententiam habet.

humano potentiore *oppressus*; cfr. Madvigii Adv. crit. I, p. 35 ac notam ibd.¹⁾

Ibd. 14, Ext. 3: Ille vero, quem in Sicilia prætoris admodum similem fuisse constat, petulantis animi. Pro consule enim dicente cet. Prave eundem hominem prætorem et proconsulem appellari apparet, ut iure hanc scripturam in dubitationem editores vocarint. Sed quod Kellerbauer, collato loco, qui est in Plin. hist. natur. VII, 12, § 55, legendum esse censuit Suræ proconsulis, violentior hæc coniectura est, quam ut verum eum invenisse credere possimus. Nomen proconsulis desideratur, sed illud Valerius propter fabulæ ingenium fortasse omittere maluit. Fieri potest, ut *provinciæ rectoris* scripserit; id per compendium, ut fieri solet, sic scriptum (cfr. ed. Halm. p. XIX): pñæ rectoris facile in prætoris abire potuit. Sane apud Tacitum demum et Suetonium provinciæ rectores appellatos esse in lexicis invenio; sed id obesse non puto, quominus Valerium, qui duobus certe locis rectoris nomen adhibet (rector classium VI, 9, Ext. 6; IX, 8, Ext. 1 = gubernator), etiam sic loqui potuisse credamus.

Ipsius Valerii Maximi libris opusculum epitomatoris Ianuarii Nepotiani Halmius adiunxit, quod primus Maius ex codice Vaticano pessime depravato ediderat. Cuius verba etsi ab aliis iam multis locis emendata sunt, non tamen pauca reliqua sunt, quorum partem ego me correxisse puto. Has emendationes nunc quam brevissime proferam; neque enim in miserrimo hoc scriptore morandum est. Scribendum igitur censeo:

p. 488, 13 seqq.: Sed hoc meum nec nervum anti-
quorum habebit, nec fucum novorum; *verum* cum in-
tegra fere in occulto sint, præter nos duo profecto
nemo epitomata cognoscat, hoc tutius abutor otio
tibi que pareo. *Tu censor pius eris.*

¹⁾ Ibd. (12), Ext. 8 fortasse melius sic corrigi locus poterit: quem . . .
supergressum, passæ uvæ succo . . . *foventem*, unius cet.
Vulgo editur: supergressum, dum passæ . . . *fovet*; in B dum
in rasura omittitur, sed scribitur *fovente*.

p. 489, 4: G. Flaminius *eodem* omine magister equitum esse noluit. Sed hoc exemplum post 10 (p. 490, 2) transponendum est. Librarius primum unam paginam omisisse videtur, sed statim errorem animadvertisse seque ab eo revocasse. Cfr. Val. Max. I, 1, 5.

ibd. 28: Quinto Sulpicio sacrificanti apex *decidit*. Significatum est, cet.

p. 490, 17: C. Fabius Dorsuo per hostium tentoria [*sacrificatum in collem Quirinalem ivit, per-acto*] sacrificio rediit.

ibd. 22: quia non *probaverunt* contra religiones sapientiam.

p. 15, 16—17: respondit *deus* secum candidas puellas Gallis pugnaturas.

p. 16, 29: hoc cognito senatus inhibuit extraria responsa *consuli Rom.* disquiri. Iussum legatis est *ædilibusque* in *hoc* missis, ut Denique adeo profuit, *facto* (id est, quum effectum ita esset), ut *exin certa ei et Romana* auspicia fuerint.

p. 17, 24: *Atque* Remus prior sex vultures auspicatus *est*, postea Romulus duodecim. Potior *Remo Romulus* fuit, quod cet.

p. 19, 31: victrix profecta ad Cæsarem est Augustum, *fugata* illa (abl. abs.), quæ ex Bruti advolaverat parte.

p. 493, 3: *ad aquarium* contendit; et paulo post: tum parva navi *in Africam* evectus.

ibd. 23: capite apex flammæ *summo* emicuit.

p. 495, 14: una etiam aquilarum vix potuit evelli in prælium prodeuntibus, *et altera aquila, cum ferretur*, retrorsum versa est.

p. 496, 11: ad quod prælium quum lectica latus *esset*, intento eo in adventum victoriæ Brutus castra eius cepit.

p. 497, 5: Hannibal somniavit iuvenem auctore Iove *se secutum*.

ibd. 13: Alexander Magni f. *quiescens* se interfici . . . vidit.

p. 498, 16: ibidem se legatis serpens ostendit raro ab incolis *nec nisi feliciter* visus. (Cfr. Val. Max. p. 46, 11 H.)

p. 500, 27: quumque discerni ad sepulturam corpora confusa non possent, Simonides ordinem, quo *quisque* accubuerat, dixit.

p. 502, 4: *præ* corii vastitate.

p. 503, 25: inter consulem proximumque *lictorem* nullus admittebatur.

ibd. 27: rogatus a filio, *annixus* iret ad colloquium Samnitum, noluit.

ibd. 31: utrumque fecit: quod probavit pater. Scilicet reputans, consuli publice obsequendum fuisse, privatim patri, Fabius ad explorandam filii constantiam non obsequebatur.

p. 506, 7: Solis pontificibus ius *sacrum* et civile notum ante fuit.

p. 507, 5: acceperant enim *destructissimam illorum* hominum disciplinam (sc. esse).

p. 508, 6: ne *assuetudo* spectaculi veniret in morum corruptelam.

ibd. 8: Idem mendicis cibum non dabant quasi *pigris* (cfr. p. 79, 5: alimenta inertiae quærunt).

Scriebam mens. Septbr. 1872.

Till läran om språkljuden.

Av *V. Edv. Lidforss.*

I. Diftonger.

Brücke bestämmer (Grundzüge der Physiologie und Systematik der Sprachlaute, sid. 27) diftongernas väsende på följande sätt: «Geht man aus der Stellung für einen Vocal in die für einen anderen über, und lässt während der Bewegung und nur während derselben die Stimme lauten, so entsteht bekanntlich keiner der beiden Vocale, sondern ein neuer Laut, ein Diphthong»; och han tillägger omedelbart derefter angående deras beteckning: «Wir schreiben diese Laute, indem wir den Vocal der Anfangsstellung und den der Endstellung hinter einander setzen.» Brücke menar sålunda, att stämbanden klinga blott under övergångerna från en ställning till en annan.

Häremot kan anmärkas att, när själva övergångerna icke kan tänkas annorlunda än som rent ögonblicklig, så måste, i fall stämbanden löde endast under densamma, det så uppkommande ljudet bliva lika enkelt och kort som någon hvilken som helst av de övriga korta vokalerna. Deremot lär egen erfarenhet enhver, att i diftongen innehållas två momenter, såsom ju okk namnet angiver; han är således icke enkel, och kan följaktligen icke håller vara kort, något som även bekräftas på historisk väg, då ju diftonger i metriskt hänseende alltid gälla som långa. Genom sin nu nämnda uppfattning av diftongerna bringas Brücke dessutom, såsom okkså Thausing anmärkt (Das Natürliche Lautsystem, sid. 90), till att nödgas för dem göra ett undantag från den vakkra regeln, han eljest uppställt, att nämligen «bei den Consonanten eben so wie bei den Vocalen die Buchstaben niemals als Zeichen für eine active Bewegung der Sprachorgane aufzufassen sind, sondern als Bezeichnungen für gewisse Zustände, bestimmte Anordnungen der Mundorgane und der Stimmritze, in welchen sie sich befinden, während die Exspira-

tionsmuskeln die Luft auszutreiben suchen» (Grundzüge, sid. 33), en regel, hvilken han vid ett annat tillfälle uttryckt sålunda: «Die abendländische Schreibweise zeigt durch die Schriftzeichen die Stellungen an, in welche sich die Organe nach einander und zwar jedesmal auf dem kürzesten Wege begeben» (Sitzungsberichte der Wiener Akad. der Wissenschaften, math.-naturw. Klasse, 28. 1. sid. 85, hvarmed kan jämföras samma Akademis Sitzungsberichte, philos.-histor. Klasse, 41, sid. 231).

Rumpelt, hvilken stora förtjenster om den vetenskapliga bearbetningen av språkljuden ikke minskas derav, att han i de flesta fall bygger vidare på den av Brücke lagda grundval, säger (Das natürliche System der Sprachlaute, sid. 46): «Diphthonge im phonetischen Sinne des Wortes sind Laute, welche durch Verschmelzung zweier verschiedener Vokale zu einem Lautganzen entstehen, so dass beide Factoren vernommen werden.» Här är således något mera än hos Brücke: här förnimmas åtminstone bägge faktorerna. Men, när Rumpelt sedan skall beskriva förloppet av denna sammansmältning, så heter det «dass man mit annähernd gleichförmiger Geschwindigkeit aus einer Vokalstellung in die andere übergeht und während dieser Bewegung und nur während derselben die Stimme lautet,» och han tillägger såsom ett förtydligande av det sagda: «Im deutschen ai ist weder a noch i, sondern nur der Übergang von a nach i» — man hade dock på grund av den först givna bestämmelsen kunnat med större fog vänta, att uti ai skulle innehållas både a och i! Rumpelt står således faktiskt på aldeles samma ståndpunkt som Brücke; hvad han menar med orden «mit annähernd gleichförmiger Geschwindigkeit» är dunkelt, då, såsom redan nämnts, övergången som sådan måste antagas alltid vara ögonblicklig, d. v. s. ikke blott «annähernd», utan fullkomligt «gleichförmig geschwind».

I sjelva verket har Rumpelt med denna tillagda bestämning förmodligen menat något annat, nämligen att det är diftongens båda elementer som uttalas «mit annähernd gleichförmiger Geschwindigkeit.» Åtminstone visar det sig ett stycke längre fram i hans bok (sid. 48), att han der tillmäter just denna omständighet en viss betydelse, i det han, utgående derifrån, finner anledning att, när två vokaler mötas med hiatus, men den ena förlorar i kvantitet, så att den ljuder blott som ett förslag eller efterklang, och följaktligen båda uttalas med ungefär lika hastighet, säga om dylika förbindelser, att de få «etwas Diphthongisches,

und man spricht in Bezug hierauf auch wohl von Halbdiphthongen», såsom eksempel hvarpå han anför det franska oi, ui, och det italienska ao, uo. Dessa exempel äro imellertid föga lyckligt valda: de i fråga varande vokalförbindelserna uttalas utan ringaste hiatus och äro allesammans så äkta diftonger som möjligt, såsom man okk lätt kan övertyga sig genom att undersöka deras metriska värde i poesi, hvilket väl aldrig lärers befinnas utgöra mera än en stavelse. Överhuvud torde till och med sådana exempel ikke alls kunna framdragas; tvärtom är det just karakteristiskt för de äkta diftongerna, att i uttalet det ena elementet ikke kommer till så full rätt som det andra, och anledningen härtill är enkel: diftonger äro ju nästan alltid försedda med tonvigt, och denna kan icke träffa båda vokalerna på en gång, utan den ena måste gynnas på den andras bekostnad. Undantagen torde vara mera skenbara än verkliga: diftonger i obetonade stavelser, såsom au i got. sunaus eller (för den händelse att man antager got. au alltid = å, dels långt, dels kort) lat. audire, eo i sp. coetaneo, m. fl. exempel, äro väl så beskaffade, att endast det ena elementet uttalas rent vokaliskt, det andra deremot mera konsonantiskt.

En sak medgives emellertid allmänt: der hiatus finnes mellan två vokaler, der bilda dessa vokaler ikke diftong. Det återstår då att tillse, hvad som menas med hiatus, om detta ord blott är en annan och rent teknisk benämning för sjelva det förhållande, att vokaler ikke bilda diftong, eller om denna ordets betydelse möjligen är endast sekundär.

Vi tro det sednare och att i sjelva verket ordet hiatus ursprungligen betecknar, och det på ett fullkomligt riktigt sätt, det rent fysiologiska förloppet vid uttalet av två ikke diftongiska vokaler. Verbet hiare betyder, liksom fränderna gr. *χαίνω*, fht. ginén, fn. gina, stå öppen, och vanligen, om ikke alltid, så att på andra sidan ett vidgadt rum, ett gap vidtager. Hvad är det nu för ett öppnande som i det för handen varande fallet kan på detta sätt betecknas? Det kan ikke vara ett öppnande av munhålan, eftersom vid uttalet av vokaler, vare sig diftongiska eller ikke, denna alltid är mer eller mindre öppen. Läger man märke till Helmholtz' uppgift (Die Lehre von den Tonempfindungen, 2dra upplagan, sid. 164) att till en stark och dokk mjuk vokalklang erfordras, att «die Stimmbänder auch bei den stärksten Schwingungen in den Augenblicken, wo sie sich einander nähern, sich geradlinig ganz eng an einander stellen, so dass

sie momentan die Stimmritze vollständig schliessen, ohne doch auf einander zu schlagen», så synes det deremot fullkomligt rimligt, att hiatus i detta fall betyder ett öppnande av stämbanden (chordæ vocales), nämligen ett så pass fullständigt öppnande, att vibrationen afbrytes och ljudspringan (rima glottidis) ikke vidare vid hvarannan enkel svängning av stämbanden stänges. Verkan av detta stämbandens öppnande är, att luften för ett ögonblick flödar fritt ut genom ljudspringan till en mykkenhet, som naturligtvis endast blir relativt obetydlig, så att själva utandningen derav med rätta kunnat benämnas, bokstavligen, spiritus lenis.

Hvarje vokal föregås i själva verket av en dylik spiritus lenis, d. v. s. en utandning av den lilla luftkvantitet som, innan stämbanden närmas till full vibration, finnes ovan dem i svalget och munhålan. Numera förekommer visserligen denna utandning på grund av den i fråga varande luftkvantitetens ringhet så svag, att den i vanliga fall knapt uppfattas under ljudets form, om öck den omständigheten att våra förfäder kunnat använda den som ett moment i alliterationen, nämligen som det rimmande elementet i vokalistiskt börjande ord, visar, att den av dem ännu förnams som ett bestämdt ljud; men den verkande orsaken eller själva hiatus förnimmes även av oss rätt tydligt i vissa fall, såsom vid uttalet av två ord, av hvilka det förra slutar och det sednare börjar med samma vokal, t. eks. *Il ira à Anvers*, samt efter konsonanter, när man rätt noga vil åtskilja t. eks. i Tyskan *Mein Eid* från *Meineid*, *Fisch-art* från *nom. propr. Fischart*, m. fl. (Lepsius, *Standard Alphabet*, 2dra uppl., sid. 68).

Resultatet blir således:

- 1^o Hvarje vokal föregås av en utandning av den luft, som, innan stämbanden närmas till full vibration, finnes ovan dem i svalget och munhålan; denna utandning av en kvantitet luft, som enligt sakens natur alltid är ganska ringa, blir mycket svag och kallas derföre med rätta spiritus lenis.
- 2^o När man vid uttalet av två på hvarandra följande vokalljud övergår omedelbart från ställningen för den förra till ställningen för den sednare utan något afbrott i stämbandens vibration, uppstår en diftong. Denna har således endast två momenter, ett för hvardera vokalljudet, och skriften står i överensstämmelse med uttalet.

- 3^o Om deremot två på hvarandra följande vokalljud ikke bilda diftong, så uttalas först den ena vokalen, derpå öppnas ljudspringan (hiatus) för åstadkommande av spiritus lenis, och slutligen uttalas den sednare vokalen. Här äro således tre momenter i uttalet, ehuru i skriften vanligen ikke betecknas flera än två. Det åtskiljande, men i skrift obetäcknade momentet är spiritus lenis.
- 4^o Med denna teoretiska utredning av förhållandet skall ikke förnekas den praktiska svårigheten att i dagligt tal urskilja, om två på hvarandra följande vokalljud bilda diftong eller ej — en svårighet, hvilken, som ovan visats, beror av svårigheten för oss att tydligt urskilja spiritus lenis. Likaså visar det sig historiskt, att även vid vokalerna samma bekvämlighetssträvan gör sig gällande som vid konsonanterna, i det dels skiljda vokaler utstöta spiritus lenis och uttalas diftongiskt, dels diftonger antingen sammanfalla till det enkla ljud, som med avseende på talorganernas ställning ligger midt imellan diftongens båda elementer (ai = e, au = o, iu = y), eller och reducera det ena elementet, om detta befinnes lämpligt dertill, vare sig till konsonant (i, e till j, u, o till v) eller så att det fullständigt försvinner i uttalet (fr. vu = äldre veü, mür = meür, sür = seür.)

Egentligen har hela denna undersökning varit överflödig eller åtminstone bort vara det, för så vidt nämligen förhållandet mellan diftongbildande och icke diftongbildande vokaler redan för 35 år sedan fullt tillfredsställande bestämdes av Rudolf von Rauner i hans avhandling *Die Aspiration und die Lautverschiebung* (se hans *Gesammelte Sprachwissenschaftliche Schriften*, sid. 15); men då sådana män som Brücke, Max Müller och Rumpelt ännu framställa dessa förhållanden på det oklara och motsägande sätt, här ovan visats, har jag ansett det ikke vara ur vägen, helst för yngre medarbetares skuld, att från fysiologisk ståndpunkt än en gång underkasta dem en närmare belysning.

II. L-ljuden.

Brücke uppställer i sina *Grundzüge* (sid. 40—42) ikke mindre än 8 l-ljud: λ^1 , λ^2 , λ^3 , λ^4 och l^1 , l^2 , l^3 , l^4 , de fyra första döva (tonlös), de fyra sednare klingande (tönend), och för övrigt karakteriserade efter deras resp. artikulations-ställen såsom alveolara, cerebrala, dorsala och dentala. Och dock gör honom det polska tvärstreckade l svårighet: han ansåg det först vara l^2 ,

men fann sedan, att ej blott denna mynd, utan även l^1 och l^4 kunde uttalas omväxlande med vanligt och med polskt ljud; skilnaden låg deruti, att i förra fallet «Verschluss» bildades med största delen af tungranden och å ömse sidor om denna en liten öppning lemnades, medan i sednare fallet blott främre delen af tungan stöddes mot det andra artikulationsstället, så att å ömse sidor uppkom en stor avlång öppning. Följaktligen skulle vid en transscription det polska \dot{l} ikke kunna uttryckas med blotta tecknet för l^2 , utan man måste derutöver särskildt betekna dess avvikande bildning. Slutligen omnämner han såsom synnerligen beaktansvärd Purkinés beskrivning på detta ljud, enligt hvilken vid dess frambringande tungryggen berör gommen i samma läge som för k och g , medan luften strömmar ut å båda sidor. I sitt sednare arbete *Über eine neue Methode der phonetischen Transscription* (Sitzungsberichte der Wien. Ak. d. Wissensch., philos. hist. Classe, 41, sid. 243) framställer Brücke det för det polska \dot{l} egendomliga såsom beroende av den särskilda timbre, som åtföljer «den vertieften Klang der Stimme», med hvilken denna bokstaf uttalas. I övrigt har jag der ikke kunnat upptäcka någon förändring i hans förut framställda åsigt om dessa ljud.

Även Rumpelt sluter sig i alt väsentligt till Brücke, endast att han kallar de 4 slagen av l med olika namn alveolart, cacuminalt, denti-palatalt och interdentalt l . Han anser för övrigt l^3 (det denti-palatala eller Brückes dorsala l) vara de romanska språkens mouillerade l , medan Brücke förklarar detta ljud = $l^3 + i$, och han sätter det polska \dot{l} = l^1 , dock så att detta ljuds egendomliga akustiska verkan ikke beror på ett strängt fasthållande av ett bestämdt artikulationsställe, utan dels på sidoöppningens större vidd, dels på den röstens sänkta och något dova klang, uppkommande genom struphuvudets sänkning, hvilken Brücke redan anmärkt i sin sednare skrift.

Jag kan ej undertrycka den övertygelse, att både Brücke och Rumpelt här råkat på avvägar och att det verkliga förhållandet gestaltar sig mycket enklare. De' hava nämligen bestämt artikulationen och den derav beroende indelningen efter tungspetsens läge, antagligen för att få en fullständig överensstämmelse mellan t - och l -ljuden, hvilka sednare de från början uppfattat som ikke mindre dentala än de förra. I själva verket är dock tungspetsens ställning och beröring med det ena eller andra av de övriga talorganerna tämligen likgiltig vid fram-

bringande af l-ljuden; det väsentliga för dessa är, att luften ikke strömmar fram över midten af tungan, utan längs dess sidokanter, mellan dessa och oxeltänderna, och följaktligen bör indelningsgrunden för hithörande ljud sökas just i denna omständighet och hvad med den må kunna omedelbart sammanhänga, d. v. s. beskaffenheten af den mellan tungans sidokanter och oxeltänderna befintliga öppning för luftens framströmmande. Ligger tungan jämförelsevis utplattad, så att dess kanter sträcka sig längre ut mot tandgården, så blir denna öppning smalare, och det så uppkommande ljudet är det vanliga vest-europeiska l; höjer sig tungans rygg mera mot gomhvalvet, så att dess kanter dragas närmare in mot midten, så blir öppningen vidare och vi få ett l-ljud, hvilket här i Norden är allmänt bekant som det tjokka l, och som jag förmodar i huvudsak är samma ljud som betecknas med det polska tvärstreckade ł. Tungspetsens ställning har på dessa båda artikulationers beskaffenhet ikke det ringaste inflytande, och är förmodligen rent tillfällig, beroende av opportunitet i förhållande till de närmaste grannljuden; deremot har jag trott mig finna, att vid uttalet av det tjokka l Purkinés iakttagelse om tungryggens beröring i samma läge som för k och g träffar in, under det att för det vanliga l denna beröring sker med en något främre del av tungan, ungefär i samma läge som för uttalet av cacuminales (om hvilka vidare här nedan).

Kan denna utredning gillas, skulle vi altså få endast två typiska l-ljud: l¹ = det vanliga vest-europeiska l, som jag skulle vilja kalla det tunna l, i motsats till l² = det tjokka l, hvilket sannolikt också är = polskt ł. De romanska språkens l mouillé måste jag med Brücke anse som sammansatt, nämligen l¹ + i (j).

III. R-ljuden.

Oberäknadt det labiala dallerljudet, hvars användning som språkligt element torde vara ytterst inskränkt, upptager Brücke dentalt och (gutturalt eller, som han hållre och riktigare vill benämna det,) uvulart r. Rumpelt följer honom troget, blott med tillägg av en uppgift, som Brücke i brev lemnat honom, enligt hvilken han numera är övertygad om den av honom förut betvivalade möjligheten att uttala det sanskritiska r cerebralt, d. v. s. med mot gomhvalvet riktad tungspets. Max Müller slutligen (Lectures, 2^a serien, sid. 137) lånar Ellis' beskrivning, hvilken

ikke alls omnämner det dentala r, men deremot säger, efter att hava redogjort för r uvulare: «If the tongue is more raised and the vibration indistinct or very slight, the result is the English r, in more, poor, while a still greater elevation of the tongue produces the r as heard after palatal vowels, as hear, mere, fire. These trills are so vocal that they form distinct syllables (1), as surf, serf, fur, fir, virtue, honour, and are with difficulty separable from the vowels. Hence, when a guttural vowel precedes, the effect of the r is scarcely audible. Thus laud, lord, father, farther, are scarcely distinguishable.»

En sammanjämkning eller, måhända rättare, ett samman-slående av Brückes och Ellis' åsikter, torde giva oss det resultat, som kommer sanna förhållandet närmast. Det väsentliga för r-ljuden är att vara dallerljud; men de dallrande (vibrerande) organerna kunna vara antingen tungspetsen, eller själva tungkroppen, eller tungspenen (uvula), och följaktligen få vi

r¹, uttaladt med starkt dallrande tungspets. Det tillhör företrädesvis de romanska språken, frapperar alltid en nordbo, när han första gången hör ett sådant talas i dess hemland, och dess kraftiga ljudeffekt ligger väl till grund för det Tegnérskas yttrandet om moderspråket:

«Ren är din stämma och skarp, som rasslet af
härdade klingor.»

I brist på bättre och då benämningen lingvalt r med lika fog skulle kunna givas åt nästa art, skulle jag för r¹ vilja föreslå benämningen romanskt r, till skillnad från

r² eller det germanska r. Här är det ikke tungspetsen som vibrerar, utan själva kroppen eller massan af tungan; men, enär denna är ojämförligt mycket tyngre och svårare att försätta i vibration, så blir, vid lika ansträngning från den talandes sida, ljudeffekten för r² vida svagare än för r¹, och vid slappad ansträngning ofta nästan illusorisk. I detta sednare fall blir resultatet vanligtvis j i början af ord, och efter vokal blott en ringa modifikation af denna (man jämföre den fashionabla slangens matta uttal af t. ex. rather = wather hos Dickens och andra, hvilka snarare borde skriva yathe', samt Danskans Fos för det svenska fors o. s. v.).

r³ = uvulart eller (provençalskt) skorrande r, sådant det bestämmes af de förut nämnda autoriteterna.

IV. Cerebrales, Cacuminales.

Som bekant, hava Max Müller och Schleicher givit namnet

linguales åt den klass av explosiv-konsonanter, som artikuleras derigenom, att den uppåt och bakåt böjda tungspetsen berör gomhvalvet. Då imellertid å ena sidan alla slags t-ljud bildas med tillhjälp av tungan, och å den andra l- och r-ljuden äro de enda rena linguales, d. v. s. som artikuleras blott med tungan, utan väsentlig tillhjälp av något annat organ, blir den nya benämningen tvetydig, och det synes derföre lämpligare att med Bopp och Brücke bibehålla det gamla namnet cerebrales, som, om okk beroende på en felaktig uppfattning av den sanskritiska termen mürdhanya, likväl har den fördelen att aldrig kunna missförstås.

Hvilka äro nu de till dessa explosivæ svarande continuæ? Brücke angiver hårdt och mjukt s, skiljda från de alveolara t-ljuden såsom varande mindre skarpa och hväsande än dessa, och i stället «mehr rauschend». Även min erfarenhet instämmer med Brückes, åtminstone så till vida att i den för cerebrales i allmänhet gällande ställning för tungan också s-ljud kunna åstadkommas. Rumpelt åter, hvilken för denna klass begagnat den först av Max Müller använda, men sedan i hans Sanskrit-Grammatik övergivna benämningen cacuminales, räknar hit de konsonantljud som höras t. eks. i det franska changé. För att hävda denna åsigt emot Brücke, hvilken anser dessa ljud sammansatta, resp. = $s^1 x^2$ och $z^1 y^2$, anför Rumpelt som huvudskäl, dels att man kan kontinueras dem, dels att man ikke kan uttala dem bakfram, det förra lika omöjligt som det sednare möjligt med flera på hvarandra följande ljud; och även om man med Brücke bestämmer sammansatta ljud att vara ikke en följd av ljud, utan sådana vid hvilka munnens delar äro inrättade samtidigt för två konsonanter, så torde man svårligen kunna bestrida giltigheten av Rumpelts invändning, att, om man kontinuerar ssss... och omedelbart derpå utan någon paus ssss..., eller omvänt först ssss... och derpå ssss..., tungspetsens läge förändras, samt att, om man kontinuerar xxxx... och omedelbart derpå utan någon paus ssss..., eller omvänt först ssss... och sedan xxxx..., likaledes en förändring i organernas läge inträffar, hvilket naturligtvis ikke kunde ega rum, om Brückes åsigt överensstämde med verkliga förhållandet.

Om således det kan få anses bevisadt, att de i fråga varande ljuden äro enkla, tror jag dock, att de höra som continuæ ikke till de sanskritiska cerebrales, utan till de explosivæ som betecknas med c och g i de italienska orden cielo, gelo, med ch och

j i de engelska orden *chew*, *jew*, och av hvilka vi i Svenskan endast hava det hårda, teknadt med *k* i *kär*, med *tj* i *tjära*. Jag vill ej förneka, att de till denna klass hörande ljud, explosivæ så väl som continuæ, uppkommit genom sammansmältning av två på hvarandra följande ljud, och att de historiskt uppträda senare än andra konsonanter, stundom till och med så sent, att man kan följa deras tillblivande, såsom i Engelskan (t. eks. *question*, *soldier*, *partial*, *vision*, m. fl.); men de i fråga varande explosiv-ljudens enkelhet i fysiologiskt hänseende synes mig obestridlig av aldeles liknande skäl som dem, Rumpelt anfört för att bevisa motsvarande fricativers enkelhet, och att de höra som explosivæ till just de fricativæ, dem Rumpelt hänfört till cerebral-klassen, framgår derav att de med dessa hava gemensamt artikulationsställe och lika läge för talverktygen. Dessa båda momenter äro okk något olika mot hvad de äro för de sanskritiska cerebrales: vid dessa är tungan uppåt och bakåt böjd, och vid explosivæ sker contacten med gomen förmedelst tungspetsen; vid de andra har tungan närmast samma läge som för alveolar-ljuden och contacten vid explosivæ sker icke med tungspetsen, utan med den bakom denna liggande delen av själva tungkroppen.

På grund härav och då benämningen *cacuminales* otvivelaktigt är en särdeles god term, skulle jag vilja föreslå, att man åt familjen *dentales* i det naturliga systemet gäve följande klassindelning:

- | | |
|---|----------------------|
| 1. interdentes, | } såsom hos Rumpelt. |
| 2. alveolares, | |
| 3. cerebrales, enligt Brückes bestämningar för dessa ljud; | |
| 4. cacuminales: explosiva fortis = <i>ch</i> i eng. <i>chew</i> ; explosiva lenis = <i>j</i> i eng. <i>jew</i> ; fricativa fortis = <i>sh</i> i eng. <i>shall</i> ; fricativa lenis = <i>s</i> i eng. <i>pleasure</i> ; | |
| 5. dorsales eller denti-palatales, såsom hos Rumpelt. | |

V. Ersättnings-förlängning.

Som bekant har detta namn hittills användts för att beteckna den företeelse, att efter bortfall av en eller flera konsonanter det på uttalet av dem belöpande tidsmått kommer den föregående korta vokalen till godo, hvilken derigenom förlänges. Det är således ett sätt att, fastän ordet förlorat i artikulation, dokk

åt detsamma bevara dess volym. Exempel: gr. $\pi\acute{\alpha}\varsigma$ för $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\text{-}\varsigma$, $\pi\omicron\iota\mu\acute{\eta}\nu$ för $\pi\omicron\iota\mu\acute{\epsilon}\nu\text{-}\varsigma$, $\eta\gamma\epsilon\mu\acute{\omicron}\nu$ för $\eta\gamma\epsilon\mu\acute{\omicron}\nu\text{-}\varsigma$, o. s. v.; lat. exāmen för exā-g-men, pēs för pē-d-s, m. fl.

Det synes mig, och jag har även haft tillfälle att en gång i en större krets uttala denna åsigt, som om den s. k. assimilationen i grunden ikke håller vore annat än en dylik ersättningsförlängning, men som träffar den följande konsonanten i stället för den föregående vokalen. Assimilationen uppfattas vanligen så att en föregående konsonant förvandlas till en efterföljande, men detta är sant endast för ögat, ikke för örat: i fattot scritto, av factum, scriptum, artikuleras ikke först ett t med sin explosion och derefter ett annat med ny contact och ny explosion, utan blott ett t höres, men detta höres i ställe, med samma tidsmått som erfordrades för de ursprungliga ljuden et, pt, d. v. s. t-ljudet är långt. Det är, så vidt jag vet, svensken Sundevall, hvilken den äran tillkommer att (i avhandlingen Om Phonetiska Bokstäfver, Vetenskaps-Akademiens Handlingar, ny följd, I sid. 77, 78) först hava bragt reda och klarhet i det förhållande, att konsonantljud kunna vara långa lika väl som vokalljud, och att ett konsonant-tekkens fördubbling ingenting annat betyder än att det motsvarande ljudet skal uttalas (eller åtminstone ursprungligen skolat uttalas) långt. Även Brücke och Rumpelt hava på ett särdeles klart och övertygande sätt behandlat samma ämne, hvilket härigenom torde få anses en gång för alla fullt nöjaktigt utredt. Men förhåller det sig nu så, att ett konsonant-tekkens fördubbling betyder det motsvarande ljudets längd, då blir ju i själva verket assimilationen en förlängning av ett konsonantljud till ersättning för en föregående bortfallen konsonant. Vi få således ersättnings-förlängning såsom det allmänna uttrycket för en vokals eller konsonants förlängning till ersättning för bortfallna grannljud, och denna förlängning blir 1) vokalisk ersättningsförlängning, om den träffar den föregående vokalen, 2) konsonantisk ersättningsförlängning (assimilation), om den träffar den följande konsonanten.

Ett nytt problem blir det sedan att tillse, när den ena eller andra arten av ersättnings-förlängning inträffar, och på hvilka orsaker språkets benägenhet beror att i ett givet fall använda den ena eller andra arten.

Emendatiunculae Livianae.

Scr. *A. S. Wesenberg.*

V.

Liber XLIII.

1, 5 comma post infirmam tollendum.

2, 6 scr. tertium.

2, 7 scr. *M. Catonem* et *P. Scipionem*, ut sequitur *L. Paulum* et *Gallum Sulpicium*.

3, 4 equidem haereo nonnihil in his: *Latinam* — appellari («skulde være en latinsk Coloni, have en latinsk Colonies Rettigheder og Stilling, og kaldes en Frigivencoloni»). Codex habet non esse, sed fuisse; unde fui pro *e*? Vereor, ne *Livius* aliter scripserit, atque ex Gron. con. vulgo editur.

3, 6 aut comma post *Gulussa* ponendum aut post *introduc-tus* delendum.

4, 2 ego ex cod.: *tis tantum extitit pavor ingressi. Si quidquam conandum est, malim cum *Kreyssigio* ex extitit facere exinde, ut sit tantum exinde pavorem (cod. pavor, omisso *em* ante *in*), quam extitit totum delere.

4, 10. Haec: *vixdum* — *audisse* respondent huic formae orationis directae: *vixdum* — *venerant*, et — *audiverunt*. Notandum rarum, ni fallor, exemplum perfecti infinitivi pro plusquamperfecto positi; alterum notavi e V, 33, 3 *invexisse* (*invexerat* *Arruns* vinum; *dulcedine* eius capti *Galli Alpes* transierunt et agros possederunt).

5, 1 notandus genit. indeclinabilis nominis *Cincibili*; an scribendum *Cincibilis* ex nomin. *Cincibilis*? cfr. *Indibilis*, alia nomina.

5, 8. Munera mitti legatis ex binis millibus aeris, i. e. munera empta b. m. ae.; cfr. XLV, 44, 14 et 18 (munera sibi ipsi emi non sisse).

5, 9. Ne quis pro illa — data scribi velit illud — datum, in his: ut — fieret continentur duo: 1) ut equorum iis emendorum ius esset, 2) ut educendi ex Italia potestas fieret. Cfr. Cic. Cat. 49: At illa quanti sunt, Lael. 14: Sin autem illa veriora, ut 1) idem interitus sit animorum et corporum 2) nec ullus sensus maneat (duo, sed quae eandem habeant sententiam). Liv. XXXVIII, 46, 11 prorsus evanescit notio pluralis numeri.

6, 6 comma ante attulisse, non ante donum, ponendum.

6, 13 comma inter et et quae ponendum.

7, 7 ego: nihil vivi † relicum. Exciditne esse post calamitates, an Livius scripsit relictum (sc. esse)?

7, 11 comma post coniuges tollendum.

8, 9 scribendumne centenum (cod. centum ex C)?

9, 7 comma post corrogando delendum. — Ibd. ego sponte conieceram ex vario genere.

10, 3 defendo afore fraudem agenda rei (Genit. = fraudem in agenda re, «at der ikke vilde finde Svig Sted ved Sagens Udførelse»).

11, 5 ad quis auditur eorum, nisi post essent excidit.

11, 11 post haec: elevari eo patres acceperunt illa: quod — amissos referebant pleonasmī eodem genere posita sunt, quo dicitur accusavit eum, quod — diceret, al.

11, 13 fortasse Livius non scripsit, ut Madvigio visum est: annum augur mortuus est L. Flamininus —, sed annum mortui sunt L. Flamininus augur —; cfr. XXVIII, 10, 8, XXXI, 6, 2, XLI, 21, 8, XLIV, 18, 7.

12, 3 supplevit Madv. decreverunt tantum, per se ipsum quidem recte (cfr. § 10 In Hispaniam — decreti); sed, quoniam sequitur veteres milites dimitti, sine dubio supplere debuit: Decreverunt scribi, quod excidit aberrando ab -i ad -i; § 6 scribi iussae, § 9 scribi iussi, XLII, 31, 2 in Macedoniam sena millia scribi iussa. Suppleri etiam potuit lusserunt vel potius Iussa scribi; sequuntur enim finitus — decretus — iussae — permissum — imperati — iussi — mandatum — decreti — finitus — iussus. Ceterum cfr. ann. ad XLIV, 1, 1.

13, 1 scribendumne credunt? Coniunct. orationis obliquae parum aptus post primam personam praesentis temporis.

13, 8 scr., ut Madv. voluit, praeceperant; decemviri iam ediderant (§ 7) s. praeceperant, quum omnia facta sunt.

14, 6 miror Madv. non ex corrupto quae fecisse, quod Gron., nondum cognita scriptura codicis, iam dixit Ursino saltem scribendum fuisse, dū (dum) («saalænge som»), quod unum aptum est; cum («naar») absurdum est. Ex dū facile factum est quae ($d = q$), praesertim post *quotienscumque*.

14, 10 comma post dimissis tollendum; ablativi causales sunt.

15, 7. Stipendiis mittere pro eo, quod est ex stipendiis (= a militia) mittere Latine non dicitur; ne ex stip. mittere quidem sic dici memini; dicitur absolute mitti, dimitti. Quare ego olim, ut Crev., conieceram scribendum esse: causas stipendiis nondum emeritis missorum; sed censores cognovisse universorum missorum causas, non eorum tantum, qui stipendiis nondum emeritis missi erant, apparet ex 14, 9: Missorum quoque causas sese cognituros esse et, quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri (= 15, 8 in prov. Macedoniam redire) iussuros. Stipendiis igitur ante missorum delendum est. At unde ortum est? Ex eodem loco (14, 9) intelligitur, Livium nostro loco scripsisse: causas missorum cognoscebant et, cuius nondum (v. non) emeritis stipendiis (= 14, 9 ante emerita stipendia) non (v. nondum) iusta (= 14, 9 gratiosa) missio visa esset. Scilicet excidit aut emeritis stipendiis non post nondum aut, quod facilius etiam fieri potuit, non emeritis stipendiis aberrando a non ad nondum iusta, postquam librarius more suo aberrando ad sq. versum stipendiis ante missorum anticipaverat.

16, 8 ego: Claudio quum obstreperetur; excidit quō inter *o* et *ob*. Claudio ante quum obstreperetur recte positum est, ut praecedit Graccho dicente silentium fuit.

16, 12, ubi cod. die, Gryn. fortasse rectius: dies de duobus diebus, octavo et septimo.

16, 13 non ausim ex Madv. coni. scribere tabulas pro tabellas; cfr. Cic. pro Cluentio 184, ubi sine ulla varietate bis tabellae («Documenter»), alia.

16, 14 nihil audeo mutare; sed mihi quoque (ut Sigonio aliisque) suspectum est hoc ex XII centuriis equitum VIII; cfr. I, 43, 9. An XII centuriae equitum sunt XII illae a Servio Tullio scriptae? Gron. ex XII veri similiter fecit XVIII et XII

ex VIII; potest librarius, omissis X post EX, numeros VIII et XII inter se permutasse.

17, 7 Madvigius, qui XXXVI, 11, 10 et 11, XXXVI, 12, 7 bis, XXXVIII, 9, 2, codd. depravationes nihil morans, Thyreum, Thyrrei, Thyreenses scripsit, h. l. item scribere debuit Thyrrei. Codex, ut in talibus nominibus solet, corrupte: typri, i. e. tyrrī. Cic. ad Fam. XVI, 5, 1 cod. Med. thirrei (unde in Erf. recte factum est thyrrei). Scilicet Latini graecum θ geminabant.

17, 8 vix ex Madv. coni. delendum et inter captis et hostibus; nam hoc: bello captis et hostibus respondit illi: pacatae et sociae civitates. Ne imponi quidem ausim ex Madv. coni. addere; quamquam ego quoque vellem Livius sic scripsisset, et imp (īp) excidere facile potuit post -ib, oni ante mo-.

18, 1—4. In contortiore hac periodo: Perseus, 1) principio — Romani, 2) sub — esset, 3, a) cum — cernens neque ipsis — Romanis, b) si domuisset — posse, 4) cum — profectus, 5) St. venit — in hac, inquam, periodo offendit me durius illud asyndeton: id solum — esse — cernens — Romanis, si domuisset —, Gentium posse. An Livius scripsit sin domuisset? an excidit et v. ac v. atque? Sed, quod recta oratione esset: Id solum infestum est latus, quod ab Illyrico patet; si domuero —, Gentius — potest, obliqua sic dici potuisse, ut in codice est, non nego.

18, 7 ego ex mea eademque Madv. coni.: oppugnare urbem est adortus. Audire urbem ex § 5 non licet, et tamen sic sq. eam quoque abesse debuit, quod nunc non habet, quo referatur. Excidit facillime urbē post are. — Ibd. ego: pars scalas muris *, pars ignem portis inferrent. Per zeugma ex ignem portis inferrent ad scalas muris audire sive admovent sive apponerent vix licet; excidit non pars solum, sed admovent (v. apponerent) pars, aberrando a -ris ad -rs.

18, 11. Nec codicis negligentissime scripti auctoritas nec quod Priscianus vetustissimos praestitum quoque declinasse ait, tantum valet, ut Livium hoc uno loco sic scripsisse credam, quum, ut Cicero alique non vetustissimi scriptores, is quoque alibi praestaturus et perstaturus dixerit.

19, 2 et 4 et 7 mirum nomen oppidi Oaeneum. Opinor fuisse Oeneum, quod varie corruptum est.

19, 4 sine dubio inter etiā et ad excidit id (= oratione recta hoc), quod necessarium mihi esse videtur, quia praecedit etiam Oeneo. An Livius scripsit sit, opportunius etiam ad omnia positum —, ut esse sit aberrantis ad opus esse?

19, 7 ipsos pro se eo dicendi genere positum est, de quo ad II, 6, 2 exposui; pluralis numerus, praecedente nomine unius viri, recte ponitur de eo sociisque; cfr. XXXVI, 28, 8 Phae-neas — ipsis, Caes. B. G. I, 43, 6 (B. C. I, 9, 5 ipsi, i. e. et Caesar et Pompeius); de se et suis similiter posito cfr. XXIII, 44, 1, XXIV, 48, 6, XXXII, 33, 16 (suae, non sane Alexandri, sed Aetolorum), Sall. Iug. 62, 1 (sese victos), 70, 5 (sua, i. e. Bomilcaris et Nabdalsae), 81, 3. Idem re est, sed propter praecedentem pluralem numerum minus apparet is usus pronominis, quem breviter Madv. Emm. Livv. p. 311 ima commemoravit; plura exempla v. Liv. IX, 16, 4, X, 11, 11—13, Caes. B. G. II, 35, 1 (in se), Liv. XLII, 23, 10 (in ipsis).

19, 14 fortasse nihil erat cur Crev. pro in mallet ad; certe hortari in rem dici potuisse, ostendit Virg. Aen. XI, 521.

20, 2 Madv. aptissime ille quidem ex qui fecit quidem (sequente, ut saepissime apud Livium, contraria sententia sine sed v. tamen); sed transponere debuit post benigne, in quo vis sententiae inest, ut cui respondeat sine effectu, aut certe post auditi. Omisit, opinor, librarius prius quidē ante audi et postea, quum more suo alio loco supplere vellet, de ante re. Absesse potuit quidem, sed, qui unde aberrando addi potuerit, non intelligitur; interpolandi quidem causa nulla fuit, et horum librorum librarius, quae est eius simplicitas, ab eiusmodi interpolationibus abhorret; cfr. Madv. Emm. p. 492.

20, 4 scribendumne rursus? Altera forma Livius usus non esse videtur. Hoc loco et XLV, 11, 5 librarius ad sq. exercitum aberrare potuit; de XLV, 8, 2 v. ad eum locum.

21, 3 primum ex exigi equidem malim facere exacti (librarius, *c* et *g*, ut persaepe, permutatis, pro *a* scripsit *i* omisitque *t* ante *i*) quam exegit; sequitur missi. Si Livius exegit scripsisset, addidisset, opinor, Ille vel potius Trebellius ante ab; praecedit enim iussit de Coelio. Deinde valde suspectum mihi est equites, quorum supra mentio nulla fuit, nec, cur Apolloniam et Dyrrachium missi sint, satis intelligitur. Apparet, opinor, de obsidibus Penestarum et Parthinorum

Livium loqui pergere. Suspicio igitur eum scripsisse: Ab utraque gente (sc. obsides) sine tumultu (sc. a Trebellio) exacti, Penestarum (sc. obsides) Apolloniam, Parthi-
norum Dyrrachium — (sc. ab eodem Trebellio) missi (sc. sunt). Madvigius putat equites pro obsidibus fuisse. At cur equites (soli), ac non principes eorumve liberi? Malim equites uncis includere, ut additamentum eius generis, cuius Madv. Emendd. p. 492 exempla nonnulla ponit (cfr. XLIII, 19, 14), quam cum Grynaeo inde facere obsides, etsi *b* et *q*, *d* et *t* saepe permulantur; sed post obsides dare ex equites potius obsides fieri potuit, quam contra.

21, 9 ego ex mea et Periz. coni. amnis * mansit. Excidit, opinor, biduum. Necessaria fuit temporis manendi notatio, ad quod refertur hoc: Quo spatio temporis. Cfr. § 7 Tertio die, 8 altero, 9 itinere (sc. unius diei) et diei iter, 22, † Eo die — altero die.

22, 5 haec: tamquam ad Persea tendentem Stratum venisse breviter Livius dixit hac sententia: venisse ad Persea tamquam (ad) tendentem Stratum, eo genere loquendi, de quo Madvigius Emm. p. 64 exposuit.

23, 3 ego scribo qui † Epirotarum gente habebat, incerto, utrum Livius scripserit, ut Madv. coni., qui Epirotarum gentem habebat an qui * ex Epirotarum gente habebat (cfr. § 2; excidit numerus eorum, quos habebat, et ex ante ep-) an, ut Koch. coni., qui Epirotarum gentis cohortem habebat (cfr. § 4 et 18, 11, et de hoc: Epirotarum gentis cohortem 22, 4 praefectus equitum gentis Aetolorum et XLIV, 4, 11 cum suae gentis utrumque auxiliariis; aberratum est ab -tis ad -tē).

23, 5 acquiesco in vulg. scriptura: praecipitant (sc. armati, qui ab Antigonea eruperant). Ibi ad mille occisis — movent (sc. hostes, ex hostibus audiendum). Fateor durum eiusmodi transitum esse ab uno subiecto ad alterum non diserte indicatum; sed haec: ubique prospere gesta re et Appii et ne — possit satis declarant, quinam castra moverint. Codex habet praecipitantibusidemoccisis, i. e. praecipitantib. idem occisis, i. e. praecipitant ibi ad m occisis; non mirum, si, ex praecipitant ib prave facto praecipitantibus, ex iadm transponendo et *e* pro *a* scribendo factum est idem. In Madvigii coni. (praecipitant. E quibus illi mille occisis) E quibus esset = Ex hostibus

et illi = armati, qui ab Antigonea eruperant. Recte ad mille ponitur, ut sequitur centum ferme; cfr. § 2 ad mille hominum occidit, ad ducentos cepit.

23, 6 pro his scr. iis, deinde ex Madv. coni. addendum Thesprotorum, sed inter Chaonum et que, non ante Chaonum; cfr. 21, 4 de iisdem auxilia Chaonum Thesprotorumque; aberratum ab -num ad -rum est. — Ibd. comma post tempus delendum, hac sententia: Appius, quum nequiquam in iis locis terens tempus dimisisset praesidia, cum Italicis regressus cett. Dimisit Appius illa praesidia, quum nequiquam tempus tereret; regressus vero et divisio militum et reditus eiusdem temporis erant, quo tempus terebat. Cfr., quae Madvigius dixit praef. ad XXXI, 30, 6.

23, 8 miror neminem post eadem addidisse legati, quod inter eadē et -adf ($g = d$) facile excidit; audire legati ex 19, 13 et 20, 2 et 3 durum est.

Liber XLIV.

1, 1 excidisse non solum (peditum) militum, sed etiam Romanorum et numeros sociorum peditum atque equitum Romanorum et sociorum, intelligitur ex XLIII, 12, 3, ubi, quoniam h. l. est V millibus et ex sociis plures scribi soliti sunt quam ex Romanis, fortasse scribendum Romanorum V millia, ut librarius aberraverit ad sq. VI.

1, 7—8 Livius in hanc fere sententiam scripsit: Et primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac Romani nominis, et in rebus deinde gerendis summa (inter eos) concordia fuit; proconsul enim ad exercitum remansit legatus.

1, 12 colon, non punctum post comparavit ponendum.

2, 4 codicis profectus vix, ut putat Madv., interpretamentum est, sed aberrantis ad sq. progressus librarii.

2, 10 probo Madv. coni. alienigenum, i. e. alienigenarum, ut drachmum, caelicolum, Telmessium (XXXVII, 56, 5), alia. Omisso alie post -rae (re) ex nigenum factum est iuvenum (NI—IV). Recte alienigenum ponitur, cui respondet § 11 Macedonum.

3, 1 scr., ut olim edebatur, Octolophum («de 8 Hoies Stad») et h. l. de Thessaliae oppido et XXXI, 36, 6 et 40, 9 de Lyncestidis, quibus duobus locis cod. Mog. veram scripturam servasse videtur.

3, 2 scr. quibus; v. ad XXI, 62, 2. — Ibidem scr. M. Claudius et Q. Marcius. Et necessarium est ob additum alteri nomini consulis filius.

4, 4 potest excidisse et excidit fortasse sed post fuisset; non necessario addendum esse, ostendunt loci, quales sunt XXIV, 38, 9, XXX, 12, 15—16, VI, 18, 6, ut Madv. eum locum scripsit, et maxime XXVIII, 16, 2, XXXI, 21, 3—4.

4, 11 comma post transgressurus tollendum, hac sententia: postquam, quum per invia transgressurus esset, praemisit; cfr. ann. ad XLIII, 23, 6. — Ibd. post iubet aut comma aut semicolon poni oportuit.

5, 2. Incutitur alicui timor non cum («med, tilligemed») horrendo stridore, sed horrendo stridore («ved en gruelig Piben»). Itaque aut cum delendum (ut ortum aberrando ad *tumultum* vel ad *incutiebant* vel ad *cum* ruina § 1) aut, quod lenius illud quidem remedium est, sed minus aptum, cum horrendo stridore iungendum cum deiectis rectoribus, ut sic interpungendum sit: deiectis rectoribus cum horrendo stridore, pavorem —.

5, 6 Solido estne «ad fast Grund, ad det faste Underlag»? An in excidit post -nt? (vid. lexx.)

5, 13 comma post tenebat ponendum fuit, non semicolon.

6, 2 probo certissimum Madvigii (Emm. p. 563) idemque meum supplementum: in mare proiiceret (ego ex 10, 1 de eadem re: deiiceret), misit (ego: mittit, ut sequitur revocat), Thessalonicam alterum (ego per chiasmum: alterum Thessalonicam), qui navalia incenderet; Asclepiodotum et Hippiam (vid. 2, 10—11), quique cum iis erant. Aberravit librarius ab erat ad erāt (erant).

6, 3 scribendumne ne praedae hosti essent? Cf. III, 29, 2.

6, 6 aut Madvigii coni. recipienda aut sic scr.: Itaque si dux intrepidus paucos dies, et dux intrepidus ita enarrantum, ut fecit Weiss.; cfr. 4, 9, ubi de eadem re est: si hostem («en Fjende») similem antiquis Macedonum regebus consul habuisset.

6, 7 sine causa Madvigius, quia in cod. ita est: sunt enim p. saltus, dubitanter quidem, coniecit: Est enim ipse saltus; librarius enim in nomine Tempe semper fere peccat (§ 6 partem pro per Tempe, § 12 et 7, 1 et 8, 9 temp.,

unde § 5 tempin pro Tempe in, XLII, 54, 8 tempestate); nostro loco omisit tem post enim aberrando a *ni* ad *m* et scripsit *p.* pro *pe.*

6, 13, si vera scriptura cod. est, non interp. Quod ut — (neque enim recte dici videtur hoc fallo, ut sit: hoc aliquem fallens facio, nec, si maxime ita dicitur, apparet, quid Romani sic fecerint), sed, ut Weiss. quoque fecit, sic: Quod, ut —. Sed vide, ne Livius scripserit: Qua, ut furto fefellerant, ita propalam, tenentibus — hostibus, non poterant * (excidit infinitivus aliquis, ut evadere, cfr. § 5 et 14). De qua («ad hvilken Vei, hvor» = per montes) cfr. V, 47, 9 eius loci, qua fefellerat (sc. Romanos) hostis ascendens. In nostro codice, ut in plerisque aliis, persaepe inter se permutantur relativi interrogativique pronominis formae; cfr. ann. ad XLV, 21, 4.

6, 15 vix opus est cum Kreyss. scribere Olympi montis radices; v. ann. ad XXVIII, 2, 15.

6, 17 ego: caecata mens *regis* subito terrore. Cuius mens fuerit, ut opinor, necesse fuit dicere ob tam multa inter illa: lavanti regi (§ 1) vel Ipse — cogit (§ 3) vel ex Madv. coni. intrepidus rex (§ 6) et § 17 interiecta.

7, 1 non probo Madv. coni. iusto audaciorem: plurimum esse praesidii perspiciens. In cod. est plurimum et praesidii perspecie cernens, unde Gryn. recte fecit plurimum et praesidii et spei cernens (cernens «seende» fere = ponens); an Latine dici non potest: Cerno periculum in mora vel simile aliquid? Librarius quum scripsisset et praesidii, aberrando ab etspei ad et praes. (et pres.) pro et spe, omisso et, scripsit pers (= pres); tum rediit ad spei, sed, denuo aberrans ab *e* ad *ce*, pro ei scripsit ecie. Si et («baade») offendit, licet transponere codicis et scribendo plurimum praesidii et spei.

7, 5 ex codicis relinqueres eis malim facere relinquerere se iis (id est enim codicis is = is).

7, 6 scr. quanto; v. ann. ad I, 7, 9.

7, 11 scr. ex Madv. coni. sine ulla opera pro sine ulla ope, quod ineptum est; opera hostis (res) aggravans recte coniungitur cum ipsa difficultate rerum.

8, 3 acquiesco in ignarum, belli quae. Recte se habet belli ante quae positum; fortuna enim quum omnibus in rebus multa novat, tum maxime in bello. Quod Madvigius nunc

Periz. coni. praefert ignarum belli quaeque, idem esset, quod codex habet, si sic interpungeres: ignarum belli, quae in dies fortuna novaret («forandrer»); cfr. Madv. G. L. § 439 n. 1.

8, 4 ego, ut Weiss., inter prius et culpa addidi sua, quod audire non licet. Cfr. 7, 9 de eadem re: cuius culpa (claustrorum Macedoniae Romanis traditorum) reus nemo iustus quam ipse (Perseus) fuisset.

9, 6 iniuria decursu Bauero et Madv. suspectum fuit; cfr. supra simul decurrentes exercitus (cod. decursos aberrando sive accommodando ad alios). Quum alios decursu (= decurrendo) edidissent motus («naar de havde udført andre Bevægelser ved Vaabenløb = gjort andre Evolutioner, Manøvrer»), testudine facta duo armati procurrebant.

9, 7 scribendumne quam *in* stabili solo?

9, 10 in pernic vix aliud quidquam latet nisi, ut vulgo scribitur, promovit. Pro, per, prae saepissime permutantur; omisso *mo* post *pro* ex *uit* factum est *nic*.

10, 3 scr. visus lapsus esse; auditur erat v. est, sicut ad incautior auditur fuerat (cfr. § 1 iusserat, § 2 traxerat) vel fuit.

10, 6 num scrib. saxis *ex* tormento emicantibus?

10, 8 aut comma post *Ibi* ponendum ant post *terram* omittendum.

10, 10 ex mea coniectura confidenter scripsi simul desperatione alius salutis (sc. quam pugnandi fortiter; tuto = sine pugna, cfr. § 11 Redintegrata in litore pugna). Omisso *s* ante *s* ex *u* factum est *a* sive errore solito sive accommodando ad desperatione. Alia h. l. non potest esse idem, quod reliqua; desperatione alia salutis esse, ut Doeringius vult, «desperatione salutis alia, quam quae adhuc militum animos agitaverat, i. e. maiore», nugae sunt; iam ante milites Romanos de salute desperasse Livius non dixerat. Cum h. l. frustra comparaverit aliquis 1, 1, 4 ad maiora rerum initia (fere = ad maiorum rerum initia), similia, ubi substantivum cum genitivo quasi in compositam quandam notionem facile coaluit. Cfr. ann. ad IV, 33, 2.

10, 12 scr. Elaea ([?]*Ελαία*). Elēa oppidum Lucaniae est = Velia. In cod. litterae *ae* et *e* promiscue ponuntur.

11, 7 comma post *Agrianes* delendum.

11, 8 non equidem muto irrumperent, ut Madv. et Weiss. ex Periz. coni. scripserunt (cfr. de coniunctivo XXXII, 21, 36,

XXXVI, 24, 5, XXVII, 27, 4); sed tamen videndum est, ne Gryn. ex inrupere in, ut facilius, ita rectius fecerit irrupere, ut in aberrando iteratum sit (vel irruperunt); cur enim, qui parietes fornicum perfoderant eoque ipso urbem iam patefecerant, **irrupisse** dici non potuerint, equidem non video; adiungi fodientibus armatos nihil opus fuit, si sua ipsi arma secum habuissent.

12, 6 scr. Haec parantibus iis.

12, 7 ego coni. Circumvecti promuntoria —. Ut a Cassandra ad Toronen pervenire possent naves Romanae Eumenisque, duo promuntoria superanda fuerunt, Posideum et Canastraeum; cfr. 11, 3. Si unum promuntorium dicere Livius satis habuisset, saltem nomen eius, sive Posideum sive Canastraeum, addidisset. In cod. est promuntorium ac, quod ex promuntoria ad facile oriri potuit.

13, 2 scripsi opportune eminens super Demetriadem, i. e. «ragende op over = høiere beliggende end»; imminens vero est nostrum »ragende ud over, liggende i en umiddelbar Nærhed«, nec ponitur cum super, sed cum dativo. Omisso *e* post *e* addidit librarius in sive ex min sive ex (opportune); cfr. 12, 3 adferrent pro inferrent ob adque, 12, 4 ingredienti pro agredienti (post terra omisso *a* aberrando ad ien), 12, 8 adpugnare pro oppugnare ob adorti, 13, 4 ex delectis pro cum delectis aberrando ad ex ducibus, alia sexcenta.

13, 7 ego sic scribo: Nocte ** moenia modo. Livius fere sic scripsit: Nocte urbem ingressus tantos oppidanis adventu suo fecit (v. addidit) animos, ut non moenia modo —. An: Nocte moenia ingressus — urbem modo? In Forchhammeri supplemento offendit moenia — moenia et fiduciam — confiderent, neque incolis sic dicere Livius solet, sed oppidanis.

14, 7 veri simile est Livium scripsisse finirent (non finiant) inter possent et ponerent; cfr. § 6 foret. Cfr. tamen ann. ad XXXVIII, 58, 8.

14, 9 comma post sit ponendum: notissimus est hic pleonasmus in mihi videtur, puto, censeo, credo, aliis multis.

14, 10, ubi cod.: mari interim incluso (imin i. e. in, ex inopem tractum, bis scriptum) inopiam insulam inopem (inopem h. l., ut alibi, addito librarius ipse errorem suum inopiam, aberrando ad insulam ortam, correxit)

miss.....ritimis iuu . . . colendi itaque commeatibus, non hariolatio est, sed certa paene emendatio haec Madvigii coniectura: inopem insulam esse (in cod. *m* geminatum, tum *i* pro *e* scriptum) suam; maritimis vivere (uiu transpositis litteris = iuu) incolentes commeatibus. Itaque, cum —. Novem litterae, quae legi non possunt, sic rectissime suppletæ sunt, nisi quod, ubi Madv. pro tribus quinque posuit (ere in), scribendum non incolentes, sed in eandem sententiam colentes; cfr. XXI, 26, 6, XXIV, 49, ð, XXXVIII, 18, 12, al. (XLII, 67, 9 malim cum Gryn. ex voluntatem colentium facere voluntate colentium quam cum Madv. voluntate incolentium, quia librarius millies *e* et *ē*, *a* et *ā*, cet. inter se permutat.) Non mirum, si pro colentis (antique = colentes accus.), librarius scripsit colendi, omisso *s* et *d* pro *t*, ut centies, scripto. De eadem re cfr. XLV, 25, 12: sentirent — includi se insulae (1) parvae et (2) sterilis agri (= inopem) litoribus, quae nequaquam alere (nostri loci vivere) tantae urbis populum (= colentes) posset, i. e. maritimis commeatibus egeret; cfr. etiam XLIII, 6, 3.

14, 13 semicolon, non punctum, post habeo ponendum.

15, 1 cum Grynæo puto Livium in secundaria sententia, ut solet, post primariae utramque gentem et Caras et Lycios scripsisse scirent.

15, 4 ego: et id, si (v. et, id si); id enim pertinet etiam ad illud: ad certum redegissee.

15, 6 ego post *m* ex codicis is malim facere nisi quam cum Madv. ex Crev. coni. ni (omisso *ni* post *m* ex si factum est is ob sq. is, i. e. iis).

16, 3 ser. in iis locis.

16, 4 ego cum Forchh. ex codicis equos et deportanda faciendum puto equos CC deportanda. Scilicet ex CC, permutatis inter se *c* et *e*, *c* et *t*, factum est et, non ex de. Madv. negat de necessariis rebus exercitibus in provinciam portandis dici deportari posse. Cur non? Cfr. Liv. XLIII, 6, 11 de frumento in provinciam portando; Pomp. ap. Cic. ad Att. VIII, 12 A, 4: Quae arma superabunt, ea si Brundisium iumentis deportaritis —; Caes. B. C. I, 60: frumentum — in castra deportant, al. Neque quidquam est, unde librarius aberrando de addere potuerit.

16, ð cotidie videndum ne recte se habeat sic explicatum: cotidie, et quidem (non semel, sed) bis in die.

16, 7 comma post dari delendum; tria membra sunt: 1) in formulam — referri, 2) locum, lautia praeberi, 3 a) agri — dari et b) aedes emi; cfr. ann. ad XXXV, 23, 11.

17, 2 inter tempore et ad excidisse credo Romam (romā, unde rom ante ad) aut in urbem (in urbē omissum aberrando ab (tempor)e ad (urb)ē). De eadem re, quo consul venerit, semper, opinor, additur. Cfr. § 3 in urbem venturum.

17, 4 scr. primum.

17, 7 scr. ex necessaria Madv. coni. sciretur, ii iam. Sine ii subiectum verbi cogitarent esset, non, ut debet, duo ii, quibus Macedonia et classis evenisset, sed universi designati. Ex ii post -tur facile factum est ut.

17, 8 notandum placere pendens ex placuit; cfr. 21, 2 decrevit — placere.

18, 2 comma post classemque delendum.

18, 3 post foret colon, non semicolon, ponendum. — Ibid. essent post exsuperatae additum non prorsus certum est; v. XXVI, 40, 10 et ann. ad XXVI, 27, 6; cfr. etiam § 4: quanti praeparati comatus, et unde — supportarentur.

20, 6 comma post profectos tollendum.

21, 1 scr. Legatis auditis, tum. Post abl. absolutum non memini tunc sic positum; *ne* factum ex *m* et priore litterae *d* ductu (*c*); cfr. ad 44, 3.

21, 9 ego, ut Weiss.: ceteros *pedites* equitesque: *pedites* semper ponuntur ante equites, non post eos.

21, 11 durius asyndeton: Licinius — obtinere provinciam iussus; eo addere —. Exciditne et ante eo? cfr. § 8 mittere — iussus; neque — esse (= et senatus iussit — non esse). An Livius scripsit iussus; eo adderet sociorum —?

22, 2 non incerta, sed certissima est coni. Madv. consul sum consalutatus. Cod. compulsusconsulatus ex consulsumconsalutatus; librarius, verbis prave divisus, scripsit *p* pro *s*, tum aberrando ad consalutatus *s* pro *m* et, omissa *ta* ante *tu*, transponendo *ula* pro *alu* ob praecedens consul. — Ibidem, ubi egregie Madv. scripsit inii, non mirum, si librarius ex ini (i. e. inii) ante ne fecit inissent, eodem vitii genere, quo scripsit religio pro regio, similia (ut 6, 14 di mouentem pro di mentem, 25, 1 inuadere pro iuuare).

22, 6 ego sic suppleo: vobis, ea vera esse credatis,

oro, neu (Madv. rogo neve) rumores —. Aberravit librarius a vobis ad credatis et ab oro ad mores.

22, 7 ego scripsi: Nam nunc quidem, † quod — animadverti, nemo — non debilitari animus possit. Apparet quod relativum non habere, quo referatur; nam Raschi- gius quod refert quod ad debilitatur animus (sc. falsis rumoribus), foede nugatur. Aut excidit eo sive post cuius non (no) sive inter quidē et q, aut Livius sic scripsit: Nam nunc quidem (sc. id), quod — est, cuius non debili- tare animus possit. Praefero primam correctionem eo post non addendi. Quid id esset, quod Aemilius animadvertisset, Livius ipse § 8—9 exponit.

22, 8 scr. ex Madv. coni. qui exercitus in Macedo- niam inducant; excidit *in* post *m*; codex maēm ducent, quod etiam ex mace(doniam)inducant factum esse potest, omisso abbreviandi causa doniam et *m* pro *in* scripto. Non id agebatur, ut exercitus ducerentur in Macedoniam («førtes til»), sed ut inducerentur («førtes ind i»); cfr. infra: quando aut quo saltu intranda Macedonia.

22, 17 acquiesco equidem cum Madv. in Gron. coniectura delentis esse post finem ut ex esse homines repetitum; sed tamen cum Crev. dubito, an Livius scripserit adesse; cfr. 23, 2 adesse discrimen ultimum belli; adesse et ma- turum fore aptissime inter se responderent.

23, 7 excidit legatis post venientibus, non post Illy- riorum (tis = tib).

23, 8 colon, non punctum, post adiecturam ponendum (et — et = «baade — og»).

23, 10 comma post venerat tollendum; cohaerent vene- rat et affirmabat, non erat et affirmabat.

25, 1, si cum Madv. post accensae additur sed, sine quo oratio nimis dura esset, non opus est pro tam scribere tan- tum; cfr., quae Madv. ipse exposuit ad Cic. Finn. I, 1 de ora- tione post non tam aliter instituta; cfr. Cic. Legg. I, 40: poe- nas luunt non tam iudiciis — sed eos agitant insec- tanturque Furiae, Iustin. XI, 7, 4; etiam non addito sed Livius ipse orationem similiter inflexit XXXVIII, 21, 10.¹⁾

25, 2 post aemulatio fortasse ante ut excidit est.

¹⁾ [Cfr. e Graecorum scriptorum locis Iliad. VI, 335, Xen. Anab. VII, 8, 16 (?), Demosth. 9, 64. O. S.]

25, 5 fieri potest, ut non concilianda gratia scribendum sit, sed aut conciliandae gratiae («sin egen Virksomhed, Medvirken ved, Hjælp til at stifte Forlig»), aut ad (quod post -are facile excidere potuit) conciliandam gratiam; prius tamen longe praefero. In cod. *ae* et *a* saepe inter se permutantur; h. l. accedit, quod praecedat suam operam et sequitur mag-. (Ad post -are excidere facile potuit.) Quod — posse, in eo = in finiendo bello sive in pace facienda, patrandae. — Ibid. ex Madv. coni. scripsi magni cupiit. Magis cupiit — quam quid? quam sua sponte finiri bellum pacemque fieri? At hoc vix ita Livius dixisset: multo simplicius esset suam operam venditare concil. grat. maluit quam sua sponte taedio validioris, metu infirmioris finiri bellum (v. pacem fieri). Non venditare modo, sed magni venditare suam operam Eumenem voluisse, docent, quae sequuntur (mille talenta — M et D talenta). Ex magni facile fieri magis potuit, praesertim post validioris — infirmioris. Magni cum maiore vi a venditare separatum (ut alibi nullus, omnis, multi, similia; cfr. Madv. G. L. § 465 a).

25, 6 colon, non semicolon, post mercedem ponendum. Deinde vide, ne ex Polybio (quem Appianus in ceteris, Livius tota sua narratione secutus est) supplendum fuerit, non mille, sed D (Polyb. *τῶν πεντακοσίων ταλάριων*). Aberrari facile etiam ab *D* ad *M* et *D* potuit. Et cfr. 23, 2 de mercede cum Gentio pacta (CCC talentis).

27, 1 ego quoque coni. timeri.

27, 6 notandum cogitandum fuisset pro solito cog. fuit; cfr. § 4 potuit; an Livius scripsit fuit, librarius vero more suo aberravit ad sq. potuissent? — Ibid. veri simillimum Madv. supplementum, nisi quod pro amisso malim supplere dimisso; cfr. de eadem re 26, 2 Gallorum oblatum auxilium dimissum est. De hoc: animos Macedonum — debilitavit cfr. 22, 7 et 23, 8.

27, 8—9 primum post passus addere est nihil opus fuit; audiri enim potuit (cfr. ad XXXVI, 6, 4); sed ex Gron. coni. sic scribendum et interp. est: passus, inde X talenta ad Pantauchum misit eaque — iussit, reliquam pecuniam — praecipit. Inde, i. e. e trecentis talentis; cfr. § 11 exigua parte pecuniae, i. e. CCC talentorum. (Inde partitiva significatione non raro Livius habet; v. II, 30, 7 et 41,

1, III, 5, 13, XXIII, 41, 9, XXXVI, 19, 12, infra 43, 3.) Male cum passivo missa (a Perseo) activum iussit (Perseus) arte per que copularetur, praecedente activa significatione passus est et sequente item activo praecipit. Neque mirum, librarium post missis et passus et ante ea ex misit fecisse missa; cfr. 32, 7, ubi item pro missi scripsit misit, praecedente mittit, alia. De misit — praecipit cfr. § 2 fuit — interrogat, al.

27, 12 malim in textu scribere † ad bellum, incertus, utrum Livius scripserit, ut Madv. coni., ac bellaturum an, quod mihi quidem aptius videtur, ad bellandum («paadraget sig Tvang nok til i ethvert Tilfælde at føre Krig med ham»). Potest etiam fieri, ut gerendum exciderit post haec: ad bellum utique cum Romanis. — Ibidem ex mea et Madv. coni. scripsi ad revocandos, qui — portabant; aberravit librarius sive ad bellandum (bellum) sive ad gerendum. Livius non potuit § 9 plurali numero dicere portantibus suis, h. l. singulari ad revocandum (sc. eum), qui — portabat.

28, 1 e scriptura cod. eropontispe deiectus feci Herophontis pacis spe deiectus; cfr. 25, 10 in spem Romanae pacis, et 26, 1 pacem habere per Eumenen — posset. Aberravit librarius ab -is ad -is. Spe sine pacis nimis nude, nisi fallor, positum esset, tam multis inter illos locos et hunc interiectis.

28, 2 scr. cum Crev. et Madv. in Emendd. p. 580: sparsi (sc. XL lembi); cfr. Madv. l. c., 29, 4 parte (lomborum) per Cycladas disposita et 6 lomborum adventus passim per Cycladas atque Aegaeum vagantium mare (ubi passim vagantium = sparsorum). Et codex habet non sparsas, sed sparsae (e), quod propius abest ab sparsi.

28, 4 ego sponte inter deinde et in addidi Antenor. Post Antenorem et Callippum (§ 1) h. l. prorsus necesse fuit dicere, uter eorum cognito — circumvectus — onerarias — miserit. Is autem Antenor fuit, qui superius imperium habebat quam Callippus; cfr. § 8 et 15. — Ibidem ex Madv. coni. scribo suorum, i. e. Macedonum («som tilhørte hans Landsmænd — ikke Fjenderne»), non suarum, («af hans, af dem, der tilhørte ham»); Antenoris enim non erant.

28, 5 ita ut — redirent i. e. ita ut — redire iuberet,

simili brevitate dictum, ac XXVII, 6, 10 ut — gereretur, i. e. ut — geri deberet.

28, 10 ego, qui vehementer dubitem, Latinumne sit verbum derigendi, directamque scribo; codicum in eo genere auctoritas parva est; quare ego etiam semper delectus, describere scribo.

29, 3 scr. Cycladas, ut 28, 2 et 29, 6; Livius ipse vix ita variavit.

29, 5 Quibus dativo casu positum est, suis navibus abl. — Ibidem scr. eVecti nocte sc. e Deli portu; cfr. 28, 16 («de løb ud om Natten kun med 2 eller 3 Skibe paa Gangen og bleve saaledes ubemærkede af Makedonerne»); vecti esset navigantes in mari, in alto.

30, 4 scr. iis nuptiis.

30, 10 ego ex Bullaniorum feci non, ut vulgo est, Bullinorum, sed Bullidianorum (omisso di post li ex ian factum ani); item XXXVI, 7, 19 Bullidianum scribendum. Scilicet ex Bullid- (Caes. B. C. III, 40, pro quo Cic. Phil. XI, 26 Byllis est) fit Bullidianus aut Bullidensis, ut Chalcidensis, Apollonidensis (Caes. B. C. III, 12, Plin. H. N. IV, 35), quare ego etiam Cic. ad Famm. XIII, 42, 1 cum codd. regg. scripsi Bullidenses pro eo, quod vulgo ex M. editur, Bulliones, quod saltem debebat esse Bullidiones, et item in Pison. 96, ubi codd. Bullienses.

30, 11 comma post accensus tollendum («for, da han var ophidset ved —, utvivlsomt at føre Krig —»).

30, 13 sic interp.: ea, quae habebat auxilia, e —; v. ann. ad V, 40, 1.

30, 15 in supplemento malim summoto, cfr. 28, 5, XLV, 10, 2, al.

31, 2 scribendumne Labeatium gentis munitissima longe *urbs* est? Cfr. § 5 Mons Scordus, longe altissimus regionis eius, etsi praecedat ex monte Scordo.

31, 10, quoniam sic lacus appellari non memini, suspicor Labeatum factum esse ex Labeatim (vel Labeatidem); v. § 3 de eodem lacu: ex Labeatide palude (ubi cod. laboetisde, oe pro ea transponendo scripto et tis pro ti ob occidentis), et ann. ad XLII, 53, 5.

32, 4 ego: cum parente ac coniuge ac liberis ac fratre aliisque —. Excidit ac inter e et c.

32, 7 errore sane excusabii pro Aenean, quod in cod. est,

Aeneam scriptum; illam formam Madv. non spreuit XXXII, 5, 5 et 35, 10.

32, 8 scr. cuicumque litori (cod. quocumque, i. e. quocumque, et, ut millies, *e* pro *i*, h. l. post que). Nemo, quod sciam, Latinus dixit: aliquo loco (vel in aliquo loco) navem applicare (v. applicari); dicitur aut ad (v. in) locum (v. XXXIII, 17, 2, XXXVII, 12, 10) aut loco alicui (Virg. Aen. I, 377 et 616, Ov. Her. 7, 117, Met. VII, 223).

33, 2 ego ex cod.: † evergent, vehementer probans Madv. coni. egererent (librarius, assumpto *u* ex rivos, transponendo fecit uerg ex ger). Ceterum, quoniam conjunct. obliquus h. l. necessarius non est atque adeo indicativus aptior, Livius potuit scribere egererent. — Ibidem vix necesse fuit ex Duk. coni. scribere contineri. Recte se habet Montes — (Aemilio) spem faciebant, continere latices (sc. se vel eos). Activum continere ex aequo respondet activo egererent (egererent).

33, 4 potius excidit (est) progressus post transitus, sicut qua ante descensus (aberrando a *q* ad *d*).

33, 5 Madv., opinor, non recte pro illa scripsit alia. Illa, ut saepe, est = quae sequuntur, a § 5 Primum ut ad § 11 iussit, quae exposita 34, 1 verbis Haec cum ita fieri — pronuntiasset comprehendit. De sententia tota per quoque annexa v. ann. ad IV, 29, 3; illa sc. praeterquam quod ripam Elpei munivit (32, 10), alia, quorum narratio excidit, fecit, aquam invenit (33, 1—3) transitusque exploravit (33, 4).

33, 6 ego scripsi: Ubi — pronuntiaretur, quid fieret, i. e. quid faciendum esset (cfr. ann. ad XXXV, 28, 4—6); cfr. de eadem re infra quid paretur, scire et dicere, quid opus facto sit. Quod fieret esset aut certa res, quae tum fieret, aut aliquid, quod fieret; nam aliquid, quod faciendum esset, ita dici vix poterat.

34, 8 colon, non semicolon, post videres ponendum. — Ibid., si buccula, ut est (vid. Iuvenal. 10, 134), nostrum «Visir» est (non scuti pars), scribendum est, ut fecit Weiss., bucculasque, scutorum * alii vel potius scutorum alii *, ut librarius aberraverit ab alii ad alii. Excidit nomen partis scuti, fort. umbones. — Ibid. scr. sub iis.

35, 5 ego sponte ut Madv. supplevi: alii severissime respondendum censerent. — Ibid. scr. agendos e castris; v. ann. ad XXVI, 19, 11. — Ibid. ego post pronuntiavit

addo consul (cons sive eos facile excidit ante post). Aemilii aut consulis mentio supra (a 35, 1 ad 5) nulla invenitur; contra de Macedonum rege dictum est § 1—2. Cfr. ad 28, 4.

35, 7 ego ex cod.: confertis et †, uno facientibus. Livius post vim facere vix iterum dixit vim facientibus, sed variavit, accuratius exponens, quomodo vis facienda fuerit. Incertus sum, utrum Livius scripserit, ut Madv. egregie coni., confertis et cuneos facientibus an, ut Vahlen, c. et uno agmine impetum fac. (vel potius: c. et uno impetum agmine fac.); multo tamen Madvigii cuneos Vahlenii supplemento antepono: uno agmine i. f. enim = conferti; cuneos fac. vero novum quiddam, sed aptissimum ad conferti addit; nec mirum, si rarius hoc verbum ab imperitissimo librario sic corruptum est, omisso *f* ante *f* et *c* post *t* (quae litterae saepissime permutantur), tum uno ex uno facto.

35, 14 malim cum Gryn. milibus supplere ante militum (aberrando a mili ad mili omisum); an non licet dicere hoc verborum ordine: V delecta (v. armata) milia militum, praesertim ubi vis verborum in delecta inest, non in milia?

35, 15 sine causa Madv. suspicatus est in ne quid etus latere ne quid iter; iter nimis longe ab etus distat; librarius, opinor, aberrando ad secreto pro eos scripsit etus, o et u, ut sexcenties permutatis (cfr. § 3 curatur pro celatur ob accuratius, § 7 maioribus pro minoribus ob maxime, § 22 plurimos pro pluribus ob ultimos, ann. ad XLII, 43, 4; Madv. praef. p. VII, not.).

35, 18 necessario ex Madv. coni. addendum aut cum Macedonum exercitu aut cum Macedonum tantum (omissum aberrando ab hinc ad hinc); nam statim post suis legionibus Livius scripsit, non legionibus suis, ob id ipsum, quod praecederet, cui responderet, cum Macedonum (exercitu). Audiri posse legionibus de gente peregrina, hi loci ostendunt, partim e lexicis sumpti: XXII, 14, 11 et 39, 5, XXVI, 7, 10, XXVIII, 2, 4, XXXVIII, 17, 8.

36, 2 probo Madv. coni. partim in textu, partim in notis positam: et meridie aestum magis ad censurum utramque noxam apparebat. De aestu cfr. § 7 flagrantissimo aestu = aestu meridie magis etiam accenso, et § 5 quantum incresceret aestus (= quo magis meridies appropinquans aestum accenderet). Utramque noxam aptissimum de lassitudine et siti. Fuit, quum ego conicerem me-

ridiem aestatis (= m. aestivorum «Sommermiddagen»); at post illa: Tempus anni post circumactum solstitium prorsus abundaret sive aestate sive aestatis.

36, 8 scr. omnes approbantes, dum — credebant; cfr. ann. ad XXXVIII, 10, 5; v. § 4 animos — in pugnam accendebat; § 9 tunc mutatione consilii subita —.

36, 13 Livius sine dubio sic scripsit: quibus de causis hodie quiesse melius sit futurum. Recta enim oratione de futura quiete dicendum aut (hodie) quiesse erit melius aut quiescere est melius, de praeterita quiesse est melius. Livius igitur, si sit, non sit futurum, scripsisset, idem non quiesse scribere debuit, sed quiescere. Agi autem non solum de praeterita iam quiete, sed de futura, quum per se ipsum intelligitur, tum ex § 10 si nocte abeat. Excidit facillime fut post fit, urum (urū) ante ra. — Ibid. recte dativus (stanti), non accusativus, apud infinitivum positus est, quoniam nomen certae personae (mihi) auditur; cfr. III, 50, 6, XXVI, 41, 16, XLII, 66, 3, etsi vel addito dativo accusativum poni potuisse ostendit locus, qui est XXIX, 23, 9.

37, 4 mihi iam in mentem idem venerat, quod Hertzio, ex contemptusequod facere contentus eo, quod.

37, 8 vid. ne Livius scripserit insecutus est dies, ut omisso *s* ante est (cfr. var. scr. 39, 5), ex *u* factum *a* sit («i den Nat, paa hvilken Dagen for Non. Sept. = den forud for N. S. gaaende Dag fulgte»); nam ab antiquis Romanis, etiam a Livio, qui aliter femininum genus amasse videtur, semper, opinor, dicebatur ante diem quartum Nonas, similia, non a. d. quartam. — Ibidem ego defendo codicis ordinem verborum: edita luna hora; cfr. ann. ad XXVIII, 2, 15.

37, 13 malim ex mea con. supplere: Adversus eorum (quorundam) sermones.

38, 5 notandum anacoluthon in his: neminem vestrum nec ante ignorasse et hesterno die — animadvertisse, i. e. nec quemquam vestrum — ignorasse et — omnes (vos) intuentes animadvertisse vel neminem nec — ignorasse nec — intuentem — non animadvertisse.

38, 7 Livium puto scripsisse hanc noctem; cfr. ann. ad XXVI, 51, 3. Omisso *nc* ante *m* librarius pro hanc scripsit hoc (ob sq. noc an ob praec. hoc).

38, 9 scr. ex Floreb. con. arentibus siti faucibus,

quod et aptius quam ardentibus, ut cui respondeat madentem sudore, et usitatum de faucibus oreve siti affecto vel de siti ipsa; v. lexx. Ardere de oculis morbo affectis et membris interdum dicitur, de faucibus oreve siti affecto nunquam.

39, 1 sic interp.: «At — omnia». An nihil —; cfr. ann. ad XXXVIII, 45, 8. — Ibidem deleo habentes, ut sive pravum glossema (pro habuissimus) sive additum aberrando ad habuissimus vel ad haberent (§ 2) et accommodando ad nostri, quasi hoc nomin. plur. esset, ac non genit. sing.

39, 5 malo: Patria altera militaris est haec sedes; codex enim: Patriam alteram est militari est h. s. Librarius prius ob sq. *m* scripsit patriam alteram, deinde ad sq. est aberravit; recte est *ἄτονον* post militaris, quod ponderis plus habet, positum est. Neque tamen negaverim militari est ex militaris potuisse fieri, praesertim praecedente est; veri similis tamen est *s* excidisse ante est, cfr. 37, 8.

40, 2; v. ann. ad XXIV, 36, 10.

40, 3 notandum Neutro imperatorum pro neutro imperatore; an Livius sic scripsit? Ex re ante uol- fieri facile potuit rū.

40, 7 ad confirmandam Gron. conii. nona (i. e. IX) pro quarta (i. e. IV; cfr. ann. ad XLII, 36, 7) cfr. 42, 9 si maturius pugnari coeptum esset cett.

40, 8 ego, si Livius traherent scripsit, ex Ursini conii. scribo Threcisque. Sed mihi quoque potius videtur excidisse verbum aliquod, praedicatum de Threcibus, et quidem indicativo modo, ut scribendum sit: sequerentur, Threes — trahentes * (vel potius **, quoniam, si excidit indicativus aliquis, addendum fuit Romani aliudve aliquid, ut illi, quo tres illi milites significarentur) altero. Ita recte se habet recipiebant (imperf.): «Da 3 Soldater — fulgte det —, * 2 Thrakere, som søgte at trække dette Lastdyr —. Romerne dræbte den ene af dem og tog Lastdyret tilbage og vare alle rede i Begreb med at trække sig tilbage, da af 800 Thrakere, som stod paa Vagt paa den anden Bred, i Begyndelsen nogle faa — gik over» (eadem sententia ac si scriptum esset: — se recipiebant, quum ex octingentis Threcibus —). Ut vulgo editur, primum tres milites eodem tempore se recepisse prave dicuntur, quum — sequerentur; dicendum fuit secuti es-

sent; deinde offendit etiam id iumentum post Quod in altero protasis membro additum; in apodosi minus abundat.

40, 10 Livius in hanc fere sententiam scripsit: cum praesidio Romanorum (cfr. octingentorum Thracum praesidium § 9) concucurrerunt ***** (desunt 66—67 versus Madvigiani). Tum Aemilius (v. consul) ipse legionem primam in proelium ducit (cfr. 41, 1):

41, 6 comma, non semicolon, post sunt et implicantur ponendum; sic enim verba cohaerent: phalangem, cuius 1) confertae — sunt, 2 a) si (= sin) — cogas, — implicantur, 2 b) si vero — increpuit, — turbantur. Implicantur et turbantur plurali numero pro singulari; subiectum enim est quae, quod inest in illo cuius (cfr. Madv. G. L. § 323 a); quae (phalanx) autem est = phalangitae.

41, 8 et post Romanos non credo haec coniungere: 1) adversus — Romanos et 2) interrupta m. acie, sed per ancoluthon respondere posteriori et («baade — og»), hac sententia: quum catervatim incurrerent (cfr. § 6 multa passim proelia et carptim adgrediendo) Romani, et phalangitae interrupta multifariam acie obviam ire cogebantur («nødtes til at gaae dem imøde saaledes, at de paa mange Steder afbrøderes Slagorden, gjorde «intervalla» i den») et Romani — insinuabant ordines suos.

41, 9 comma post Pelignis omittendum (aut post cetratos quoque ponendum).

42, 1 comma post Ceterum ponendum.

43, 4 post pervenerunt semicolon ponendum, non punctum. — Ibid. ser. vexatus, non addito est; v. ann. ad XXIX, 4, 8.

43, 6 sic scrib.: Euander Cretensis et Neo Boeotus et Archidamus Aetolus (cfr. 45, 2). In cod. est cñ. euboetius, quod factum ex et neo boeotus est, c pro et scripto (c et e, c et t saepe permutantur), deinde n cum c copulato et linea superscripta (quasi cn esset cñ., i. e. Cneus), tum euboetius pro eo boeotus ob praecedens Euander scripto, fortasse ut esset Euboetius nomen quoddam, respondens illi Euander.

43, 7—8 sic interpungendum et scribendum: Cum iis — quarta vigilia profugit; secuti — Cretenses. Pete-
bat Amphipolim, et nocte a Pella exierat properans — traicere, cum — Romanis (i. e. properans, quod —

rebatur). Narrata (perf. temp.) Persei fuga sequentiumque numero Livius per illa: petebat — exieratque (impf. et plusq.) fugam accuratius describit dicendo 1) quo fugeret, et 2) cur quarta vigilia, i. e. nocte, Perseus exisset (sc. ut ante lucem Axium traiceret). Haec autem duo quoniam contraria inter se non sunt, pravum est sed; debebat saltem esse nocte autem («og om Natten»). Et in cod. est ampipolised, quod ex amphipoli et fieri facile potuit, addito *s* pro *m*, ut esset amphipolis et.

44, 3 scr. tum demum; cfr. ann. ad 21, 1. VIII, 32, 10 quoque tum scribendum; tunc facile scribi potuit ob nunc.

45, 2 sic cum Kreyss. scr.: Beroea — Romanis se dedunt. Sic enim cod., nisi quod, ut solet, *a* cum *ā* permutatum (Beroeam). V. § 5: Beroea primum, deinde Thessalonica et Pella et deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. § 2 recte nihil dicitur, nisi tres illos regis amicos se ipsos dedidisse (sine dubio eosdem pollicitos, Beroeam sese dedituram, ut se sit = se eamque urbem v. se eius urbis nomine), et alias deinceps urbes idem facere parasse; § 5 demum Beroea ceteraque urbes re vera deditae esse dicuntur.

46, 2 simul ut — et = ut simul — et.

46, 4 ego: regiam animadvertit. Excidit facillime, ut interdum in hoc verbo, anim (*āi*) ante adv- aberrando ab *a* ad *a*, praesertim post -iam. Advertere pro animadvertere neque Ciceronis neque Caesaris neque Livii est. Cic. Phil. XIII, 32 e codd. restitutum est animadvertite, Famm. I, 1, 3 olim cum Lb. mg. 1584 scripseram voluntatis; nam *anim*advertebatur —, nunc cum Krausio voluntatis [nam advertebatur — Volcatio]. Laboratur —; glossatori advertere relinquendum; de ep. ad Att. XI, 25, 3 dixi in ann. crit. ad editionem meam. Caes. B. C. I, 81 et Hirt. B. G. VIII, 16 veram scripturam, quam ego olim e codd. restitueram, gaudeo a Nipperdeio restitutam esse.¹⁾

Liber XLV.

2, 4—5 scr. ex iis. — Ibid. comma post forent ponendum, semicolon post facta. — Ibid. scripsi Samothracam, ut ceteris locis est: XLIV, 45, 15 et 46, 10, XLII, 25, 6, XLV,

¹⁾ [Cfr. Forchhammeri Quaest. critt. 1852 p. 82 sq. O. S.]

5, 11 et 6, 3. 40, 2 cod. Samothracem, *e* pro *a* scripto ob peteret. Samothracia Ciceronis est; v. lexx. — Ibid. ego: quam † pauci rex fugisset, incertus, utrum Livius scripserit, ut Madv. coni., quam pavide rex fugisset (ut exciderit de ante re et additum sit *c* ob praecedens paucorum) an, ut Gryn., quam cum paucis rex (omisso cum post quam et, ut persaepe, *s* finali). Me quidem nihil offendit paucorum — paucis de diversis hominibus. Cfr. 1, 9: regem cum paucis fugisse.

2, 10 scr. cum iis, fortasse etiam (§ 11) omnibus iis.

2, 12 comma post est delendum.

3, 2 ego *e* cod. script. decrevitur latinae feci decrevit; eae indictae. De -ur persaepe vel addito vel detracto quum in plerisque codicibus, tum maxime in horum librorum (in primis quādragesimi quinti) vid. Madv. Emm. p. 595, Emendd. meae Epist. Cic. p. 81—84; ex priore *e* factum est *l*, ex altero *t*, tum ad latin additum *ae*, aut ut esset Latinae (sc. feriae), aut aberrando ad dictae. Cfr. 2, 12 Supplicatio — indicta est ex ante diem V id. Oct.

3, 5 scr. Fortunam populi Romani bene fecisse, quod, finito — dedisset; cfr. 13, 6 recte fecisse, quod legatis paruisset, XXXIII, 12, 3 recte — facere, quod — communicaret, XXVIII, 6, 12 Id prudenter — fecit, quod —, XLII, 40, 4 unam rem te, quae facienda fuerit, senatus fecisse censet, quod —, Cic. Famm. XVI, 22, 1, Tusc. IV, 64, al. Accidit hoc quoque loco, quod sexcenties factum est, ut librarius noster unum verbum ex plurium partibus conflaret: *b* per beneficiis sequendo (*b* ex *p*, per ex *p. r.* facto et *i* pro *e* et *ii*, ut saepius, pro *i* scripto et beneficiis se distracto, ex se quod fecit sequendo transponendo litteras *od* (*do*) et ex bene inserendo *en*, ut esset sequendo; cfr. ad § 2 de Latinae). Post bene, recte facio, per opportune factum est nunquam ponitur neque quando neque quum, sed semper quod. Cic. Finn. III, 9 quoque quod pro quom scribendum; Liv. VIII, 33, 10, etsi ibi est agis, non facis, pro quom scribendum opinor quōm, i. e. quoniam.

4, 2 in supplemento scripsi redditae pro traditae (cfr. 1, 6, ubi recte ex Sigonii supplemento scriptum est reddidisse). Tradere enim Latine vix dicitur de eo iisve, qui litteras, sibi ab aliquo ad aliquem perferendas datas sive traditas, ei, ad

quem datae sunt, reddunt (proprie: «igjen levere fra sig, hvad man kun har modtaget til Besørgelse»). Aberratum a red ad (cerne)ret.

4, 3 fortasse non excivisset, sed accivisset scribendum, ut exciderit *a* post *m*, *c* ante *e*.

5, 3 sine dubio excidit inquit post Utrum nos.

5, 9 verba, quae sunt Suberat — protraheret, parenthesis signo includenda.

6, 9 nihil erat cur Madv. est addi vellet; cfr. ann. ad XXV, 32, 10.

6, 11 pro repetit licet scribere repetiit; praecedunt haec perfecta: tradidit, iussus, delata est; sequuntur haec: misit, cecidit, misit, iussit.

7, 1 comma post advocato tollendum; consilio advocato potest esse dativus; cfr. lexx.

7, 2 Madv., ut recte ex tantu ante *m* fecit tantum (non tanta), quia in iis, quae sequuntur, non de multitudinis ad spectaculum occurrentis magnitudine agitur, sed de spectacula, ita sine causa coniecit concurrat; de hoc: occurrere ad spectaculum (ut nos dicimus: «møde til et Skuespil») cfr. § 4 prae turba occurrentium ad spectaculum (de eadem re); XXXI, 29, 1, ubi prius est Huic (concilio) ut occurrerent, deinde legati ad id concilium occurrerunt.

8, 2 ego: rursus (non rursum); cod.: iussu. Librarius, ut solet, ad iuvenis aberrans, pro ru scripsit iu; deinde, omisso *r*, transponendo ex sus fecit ssu. Cfr. ann. ad XLIII, 20, 4.

8, 4 postea non cum meminisse iungendum est, sed aut cum pacis (Livianum enim est pax tum, postea, al. «Freden dengang, siden = den daværende, senere Fred», ut omnia circa, nox prope XXXIV, 33, 3, cfr. ann. ad XLII, 46, 6, ubi addatur XLV, 20, 1) aut cum quam — coluimus interpungendo: pacis, postea quam; cfr. ann. ad XXXVIII, 38, 8.

8, 5 durissime ex § 3 (rursus consul, sc. inquit) auditur hoc: tum ille — inquit —; excidit, opinor, in cod. post -et non ut solum, sed tum ille ut, aberrante librario a -t ad -t. Scrib. igitur: cum responderet, tum ille: Ut cumque —. De omisso in hac loquendi forma inquit cfr. II, 29, 1, VIII, 4, 1, XXIX, 1, 8, XXX, 18, 3.

8, 7 ego scripsi: neque prosperae res flatu suo efferent nec adversae infringent; codex enim habet non

prospera, sed prospere et adversae; excidit facillime ref inter rae (re) et *f* (*f* = *f*).

9, 5; v. ann. ad XXVI, 51, 3.

10, 2 ego sponte coni. adventiciis.

10, 5 Livius fortasse scripsit, ut coni. Duker, ut Rhodum deverterentur («lægge Cursen om ad»); devehi enim solet simpliciter esse aut «seile fra et Sted til et andet» (cfr. 14, 7 et lexx.) aut «seile nedad»; si verum est deveherentur, h. l. est «seile bort fra den begyndte Curs til».

10, 15 scr. coram iis.

11, 1, ubi in cod. est alexander excesserat, ego hoc: Alexandriae abscesserat defendo a coni. Madv.: A. recesserat. Livius sic solet dicere: abscedere (ut de eadem re § 7 a moenibus abscessum est; XLIV, 19, 11 de eadem re: abscessurus a moenibus Alexandriae), non recedere. Ex Alexandriae, omisso *e* et *a*, transponendo factum est Alexander, ex abscesserat ad exsequenda aberrando excesserat.

11, 2 ex cod. Alexandria faciendum Alexandream; cfr. § 7, Cic. pro Arch. 5 domum suam, Caes. B. C. II, 20, 5 domum ad se, et vid. lexx. de recipere in civitatem, al. Dicitur etiam recipere aliquem tecto, moenibus, finibus suis, oppido ac portu, urbibus, ablativo non locali, sed instrumentali; Alexandriae (aliove nomine proprio) recipi dici vix potest, nedum Alexandriae (locativo casu).

11, 4, quoniam hoc: suspectum (sc. Ptolemaeo) effecerat idem est quod: Ptolemaeus Antiochum suspectum habebat, recte sibi ponitur.

11, 7 comma post etiam ponendum.

11, 8 scr. iis cum.

11, 9 aut comma post petens omittendum aut post vere quoque ponendum.

12, 10 comma post primum ponendum.

12, 11 Livius vix scripsit deinde — hibernabat post stativa habuit; utrumque enim simpliciter narratur, quid prius in Gallia fecerit, quid deinde; tum additur causa, cur cum solis sociis nom. Latinis illis locis hibernaverit: legiones Romanae — Romae manserant. (Cfr. § 13 Et — iere. Eum, i. e. nam eum, — censuerant.) Hibernabat igitur non ex aequo illis: Romanae — manserant positum est, quod si esset, imperfectum recte se haberet, sed ad

eum statum rerum describendum, quo manente quid deinde factum esse dicitur? Nihil invenio. Quare ego malim cum Drak. scribere hibernavit; in cod. sexcenties *v* et *b* ob similem pronuntiationem, opinor, permutantur; tum *a* pro *i* scriptum.

12, 13 ego ex cod.: Eum dum ** ius dicere; nam potuit quidem dum more codicis illo conflari ex *um* (eum) et *d* (dicere); sed, ut coni. Madv., post dum excidit aliquid, quod ego suspicor esse: Anicius praetor ex Illyrico rediret. Quodnam enim subiectum verbi habebat est? Ex vulgata scriptura C. Papirius Carbo. At is nec eam sortem habebat (cfr. XLIV, 17, 10), et si maxime habuisset, nihil erat, cur senatus eum facere iuberet, quod muneris eius esset. Apparet subiectum esse Anicium, qui praeter Illyricum (XLIV, 21, 4; cfr. XLV, 3, 2) = «si quo senatus censuisset» (XLIV, 17, 10) eam quoque sortem habebat. Librarius ab (Anic)ius ad ius aberrare facile potuit. Supplementum igitur illud quum re prorsus certum est, tum verbis aptissimum.

13, 2 scr. ex cod. regi, senatui quae placuisset; v. ann. ad XXXVIII, 38, 8. — Ibid. notandum referentes pro relato positum; prius enim illud rettulerunt, deinde gratulati de victoria sunt (§ 3). Cfr. 20, 9, ubi orantes (quod tempore antecedit et vestem sordidam sumptam et legatorum domos principum circumitionem) est pro precati.

13, 10 scr. e Madv. coni.: Dimissis *his* legatis; his respondet ei, quod sequitur, Pisanos Lunensesque. — Ibid., quoniam in cod. est legatos et pisanis, ego sic scripsi: disceptatum inter — legatos est, Pisanis —.

13, 13 scr. ex certissima Weiss. coni.: Ibi (i. e. in senatu) adolescens ita locutus est. Is (ut est in cod.) male abundat post Advenienti, non item ibi.

13, 16 ego, una littera addita, sic scripsi et interpunxi: neque emere ea, ex fructibus agri ab se dati quae sibi proveniant («Romerne burde tage fra ham, og ikke bede ham om eller kjøbe af ham, det, som de fik ind af det Districts Afgrøde, som de selv havde skjænket ham»). Recte haec: ex fructibus agri ab se datis ante quae posita, ut in quibus vis sententiae tota insit; v. ann. ad XXXVIII, 38, 8. In vulgata scriptura offendit me nonnihil ea — quae pro eos — qui, vel potius totum illud: ea —, quae ibi proveniant prorsus abundat; satis enim fuit sic scribere: emere fructus (v. proventus) agri ab se dati. Ceterum in mea quoque scriptura of-

fendit ex fructibus agri ab se dati provenire; satis enim fuit ex agro ab se dato quae sibi proveniant.¹⁾

13, 17 ego post Cum iis addidi se (ut Drak. § 15 post meminisse, ubi necessarium est), ut prorsus necessarium.

14, 2, quoniam deinceps cum omnibus coniunctum prorsus supervacaneum est, vide, ne Livius scripserit trium deinceps regum bellis (cfr. I, 21, 6) aut saltem trium regum deinceps bellis.

14, 5 probo Madv. supplementum, nisi quod Masinissae arbitrium malo, non arbitrium Masinissae; aberratum ab -um ad -um est.

14, 8 comma, non semicolon post suis ponendum; missum non praedicatum est, sed appositum ad eum. Cfr. ann. ad X, 17, 8.

15, 8 scr. ex Pigh. coni. notarat. Necessarium plusquamperf., ut de re non eiusdem temporis, cuius levatio ignominiae fuit, sed superioris. Coniunctivo modo scribendum fuit notasset; sed coniunctivo, sive effectivo (ullius = «nogen saadan») sive frequentativo, nihil opus est.

16, 5 comma, non semicolon, post erat ponendum.

17, 2 post Pauli addo is, sic interpungens: Pauli (istum — habebat). His —.

18, 2 comma, non semicolon, post afferre ponendum («— saa at —»). — Ibid. Livius fortasse scripsit, ut coni. Sigon., perpetuamque (sic cod.) sub tutela populi Romani esse. Maiore cum vi sic quater populus Romanus nominatur. Excidere, ut saepe, sic h. l., facile potuit *po. r.* vel *p. r.* — Ibid. ego ex Madv. coni. (in Emm.) scribo Romanis adlaturum, sibi libertatem. Librarius, inter adlaturum et sibi aberrando ad superiora addito crederent, ut saepe, se ipse correxit scribendo adlaturum sibi. Ut Madv. edidit, librarius quater aberravisset: primum a romanis ad adlaturum, deinde ad crederent, tum a sibi iterum ad adlaturum, denique ad sibi iam scriptum.

18, 5 colon, non punctum, post esse ponendum («Nān ubi —»).

19, 7 librarius aberrando ad secundis scripsisse potest

¹⁾ Nunc multo magis mihi probatur Vahlenii coni. ante QUAE IBI inserentis QUAE SIBI necessaria sint, sed omnibus ut suis uti taleve aliquid. 1873.

animis pro animo; sed videndum, ne Livius scripserit animis eius, gestientis secundis rebus. Gestire semper fere de homine ipso sic dicitur, non de eius animo (vid. lexx.). Fortasse etiam plurale illud frenos aliquid valuit, ut Livius non animo, sed animis scriberet.

19, 11 non improbo Madv. coni. cernant (omnes, quod inest in Quis non?); sed vix necessaria est; cernat, sc. nemo non = quis non («Enhver»).

19, 15 multo aptius mihi videtur supplementum Dukeri, Madvigio ipsi in Emendd. probatum (esse passurum), quam editionis Madv. vivere; ceterum esse in eo supplemento non necessarium est; v. ann. ad I, 34, 4. Aptissime hoc: privatum (sc. domi) — exsulem (esse) passurum respondet illi: mori iussurum. Utroque autem in supplemento offendit prius an, pro quo aut scribendum fuisse videtur. Potuit librarius ad sq. an aberrare.

20, 1 ego malim cum Grynaeo ex codicis gratulatum victoriam est sua facere grat. vict., et sua mērita (et — et, «baade — og»).

20, 3 comma post qui et post accusato tollendum.

20, 10 comma post extemplo tollendum; extemplo iungendum cum sumpta, non cum circumibant.

21, 2 scribendumne qui id ad bellum (cod. quid aut bellum; *i* pro *ii*, aut ex at = ad)?

21, 4—6 miror neminem correxisse mendum horum verborum: Sed 1) et praetor novo maloque exemplo rem ingressus erat, quod, non — factis, de sua unius sententia rogationem ferret — latum, 2) et tribuni plebis (sc. novo — ingressi erant), quum ita traditum esset. Quod Weiss. finxit coniunctivum ferret obliquum esse, pendentem ex cogitatione hominum eum novo exemplo rem ingressum esse argumentum, nulli eiusmodi homines ne leviter quidem significati sunt. Apertissimum est Livium scripsisse quum (quō), non quod, aut fortasse potius qui (= quum is). De relativorum interrogativorumve pronominum formis (saepe per notas scriptis) inter se sexcenties permutatis cfr. 24, 14 quod pro quo, 25, 9 quod pro quoi, 29, 8 quo pro qua, 33, 4 quod pro quae ante *d*.

21, 7 colon, non punctum post erat ponendum.

21, 8 in priore lacuna excidit prius sive compensabant sive aequabant sive simile aliquid, deinde plura.

22, 5 ego ex codicis quidem facio iidem, non eidem; aberravit enim librarius ab iidem ad sq. quiideo. — Ibidem num ex non fieri facile potuit; an factum est ex numquam, omisso quam post -um? cfr. 23, 6 tam pro tamquam, al.

22, 7 scribendum ex cod. et sic interpungendum: traiecit, Demetriade — occupato de — conatus. Cum —. Sic aptissime non duabus sententiis, sed una causa belli exponitur, ut § 6: Messana — Carthaginienses (sc. hostes fecerunt), Athenae — Philippum hostem fecerunt, et § 8: Cum Perseo — causa belli vobis fuere. De conatus («idet han forsøgte») de post facto cfr. ann. ad XXXVIII, 34, 6.

23, 7 sic interp.: «Quid igitur — Romanus?»

23, 10 ex codicis scriptura: caesarem non uti non praeteriuo nihil efficiendum est, nisi quod vulgo editur. Librarius more suo prius aberravit a cessarem ad non, deinde ex us fecit uti aberrando ad ut in.

23, 14. Quod in Livii quoque libris haud raro accidit, ut exciderit sui, sua, suo, al., id, opinor, hoc etiam loco factum est. Haec enim verba: Tam civitatum quam singulorum hominum mores sunt nihil significare possunt, nisi hoc, et civitates et singulos homines mores habere; dici autem debet, ut singulorum hominum, ita civitatum mores inter se diversos esse. Scribendum igitur est hominum sui mores. Cod. habet homines morum, quod simpliciter quidem ex hominum mores terminationibus transpositis factum esse potest (cfr. 9, 5 annos, quibus pro annis, quos), sed etiam ex hominūsui mores nasci facile potuit, prius ex hominūs ob mores facto homines, deinde omisso *uzi* ante *m* et ex mores ob hominum facto morum.

24, 3 cur Madv. in vellet, ex quo recte velit fecit, et in perire ut si gravius mendum subesse suspicaretur, causa nulla fuit; neque enim quidquam ad Livii sententiam plene exponendam deest, et perire ut si nihil aliud est quam perire si addito ut aberrando a si ad prius ut si. Madv., quum in Emendd. ex vellet inimicum perire ut si fecit velle inimicum perire comperiat, si, non animadvertit Livium saltem compertus sit fuisse scripturum.

24, 9 tutissimum, opinor, erit in textu ponere corruptam codicis scripturam: aut dubia est † ut gravior sit illi de nobis iudicarent, etsi certa est Madv. emendatio aut gravior; sed videndum, ne Livius scripserit, non, ut Madv. eden-

dum curavit, sed aut, ut idem in Emm. coniecit, gravior sit. Si illi — aut, ut ego conieci, gravior sit. Illi de nobis si (si excidit facile post -is) iudicarent (sic illi, i. e. Philippus et Antiochus, de nobis recte ante si iudicarent positum est, ut respondens his: vos iudicate).

25, 2 scribendumne Tum?

25, 7 retinendumne e cod. Theodotum? Livius etiam alibi alia nomina habet, atque Polybius. De Theodoti nomine cfr. 26, 5.

25, 9 ego scripsi si cui id opus esset (id i. e. auxilium; in cod. ex quo factum est quod).

26, 3 delevi cum, quod cod. non habet; an Livius non, ut alii, reliquo, toto exercitu, omnibus copiis, magna classe, decem navibus, al. sine cum ponere solet? — Ibidem vix certa est Mædvigii correctio ex tot facientis est (st); tot enim multo facilius fieri potuit ex -ta o- ob praecedens phanota (ot); de est audito, non addito, cfr. § 4 transgressus sc. est et ann. mea ad XXIX, 4, 8.

26, 12 Livius scripsit aut oppidis et arcibus et castellis aut oppidis, arcibus, castellis aut, quod maxime credo, oppidis arcibusque et castellis, i. e. 1) oppidis cum suis arcibus, ἀκροπόλεσιν, et 2) castellis («Forter uden Byer»); in pluribus pacis foederibus sic castella ab oppidis a Livio separantur; cfr. etiam 29, 6, alia.

26, 14 ego impositum suppleo post dimidium, non post eius; v. ann. ad XXIII, 43, 13.

27, 7 comma post ubi quoque ponendum aut post facto tollendum.

27, 9; v. ann. ad XXI, 25, 13.

27, 11 fortasse opera excidit, non monumenta; cfr. I, 33, 7 Quiritium fossa — Anci regis opus est, XLV, 28, 4 Lacedaemonem non (i. e. sicut Athenas) operum magnificentia memorabilem.

28, 4 tollendum cum Gryn. ac silentiam, repetendo ex magnificentia factum ea, qua Vahlenius declaravit, ratione; visendam prorsus abundat post memorabilem.

28, 6; de cuius v. ann. ad XXXII, 39, 1. — Ibid. pro corrupto revertit malim reverteretur quam repeteret. Ex reverteretur fieri potuit revertit, omisso er ante et, omisso -ur (cfr. 26, 1 et 6 gerunt et opprimerent), it pro et scripto ob sq. in aut aberrando ad occurrit.

29, 6 comma post *Nessum* et post *autem* tollendum («det hiinsides *Nessus* mod *Öst* vendte (District)» = agrum trans *Nessum* ad orientem versum, «de paa denne *Side* af *Strymon* mod *Vest* vendte *Egne*»). Qua, ut alibi, est quatenus.

29, 8 e cod. quo non qua faciendum fuit, sed quae (cfr. supra ad 21, 4—6); nimis enim dure hoc dicitur: regio *Paeoniae*, qua — porrigitur, i. e. pars *Paeoniae*, quatenus *Paeonia* porrigitur; nam partitivum genitivum *Paeoniae* esse, non definitivum, et per se veri simile est, quoniam sic regio prorsus abundaret, et ex illis: additis *Paeonibus*, qui — colerent confici videtur. Duo *Paeonum* genera ponuntur, alterum ad orientem vergens, alterum ad occasum.

29, 8 comma, non semicolon, post cingunt ponendum, quum haec sit sententia: quam — cingunt, et cui — obii-citur.

29, 10 mire *Livius* post inter se scripsit cuiquam, quum liceret ullis scribere. Lenius illud (XXXII, 21, 12): conveniens inter se oratio, ubi unius orationis partes significantur.

29, 12 dare sc. se; an scribendum dari (sc. a senatu seque)? Cfr. § 11 permitti; 26, 14 dari suppletum.

31, 5 ego codicis ordinem verborum restitui: *Secundis* rebus elati *Romanorum* partis eius fautores; sic recte iuxta inter se posita *Romanorum* et partis eius (i. e. *Romanae*) fautores. Cfr. ann. ad XXVIII, 2, 15.

31, 8, si *Livius* fractis animis de una aliqua trium principum partium (§ 4) dixit, probo *Madv.* coniecturam ancipitum vel potius ancipitium; cfr. § 4: media — tuebatur et § 7: multo plures — instruxissent. Sin de duabus partibus dixit (§ 7: qui — *Persei* et qui — instruxissent), suspicor eum scripsisse adversarum partium; nam, medios qui se gerebant, re vera *Romanorum* adversarii fuisse dicuntur.

31, 14 ego inter diruendam et traducendos addo ac (omissum post *a*; cod. habet diruenda). — *Ibd.* comma post *Antissaeos* delendum.

32, 6 scr. aliquibus; v. ann. ad XXI, 62, 2.

32, 9, ut *Madv.* interpunxit, inter et et quicquid necessario auditur factum est. Quod quum durissimum sit, videndum, ne sic interp. sit (ut a *Bekkero* fere editum est): Nam et — victimis, et, quicquid — solet, ita factum est, ut —. Sic recte inter se opponuntur fieri solet et factum est. Explicatur illud magno apparatu prius enumeranda eorum,

qui convenerunt, multitudine, deinde addendo, cetera omnia, quae magnis ludis in Graecia fieri solent, non magnifice tantum, sed, admirantibus Graecis, etiam prudenter facta esse.

33, 1 deleo prius omnis generis, ut additum aberando ab *ludicero* ad illa: *cetera omnis generis*; nam omnis generis h. l. prorsus abundat post 32, 9.

33, 6 scr. ex necessaria Madv. coni. ut quae —. Addendum enim fuit, cur vasa illa ingenti cura facta essent, non id, quod ea re effectum esset, quod si Livius dicere voluisset, scripsisset non ingenti, sed tanta, et facta viderentur, non fierent.

34, 1, ubi vulgo ex codicis: ne quid ea adque fieret moveretur factum est: ne quid ad ea, quae fierent, moveretur, Livius, opinor, scripsit: ne quid ea, quae fierent, moverent (sc. eum); librarius adque pro que (= quae) scripsit propter ad quem (pro quo idem scripsit ad que) addiditque, ut saepissime, ur ad moveret, pro moverent scripto, sicut fieret pro fierent.

34, 10 scrib. pervenerant. Soloecum est quum — gesta sunt, legati — pervenerunt; Livius scripsisset Quum — gererentur. Livius § 10 et 11 *describit* illum rerum statum, qui tum erat, quum illa facta sunt, quae *narrantur* § 12 et 13: pervenerant — abierant (cod. etiam h. l. *u* pro *a*) — concesserat — fuerat (cod. fuerunt, *ū* pro *a* scripto) — exciverat (v. ad § 11) — pervenerant — contraxerant — profectus est — placuit — est locutus rettulitque.

34, 11 sic scripsi: Ver primum et Gallos domo exciverat iamque Synnada pervenerant, et Eumenes — contraxerat. In vulgata scriptura primum ex domo offendit, quod Livius numquam sic dicit («hjemmefra»), sed aut domo aut saepius ab domo; v. ann. ad XXIX, 9, 4; pro et, ut persaepe, scriptum est ex, eo facilius, quod sequitur ex-; restituto et anacoluthon oritur usitatissimum. Praeterea ego, ut Crev., addidi Gallos, quod necesse fuit addi post illa: et Galli — et rex et ante haec: Eumenes — contraxerat; sed addidi alio, atque is, loco, ut haec: et Gallos domo exciverat — pervenerant et Eumenes — contraxerat eodem verborum ordine posita essent atque illa: et Galli domos abierant et rex in hiberna concesserat. Deinde ex mea et Madv. coni. pro cum posui et, quo inter *t* et *e* omissio illud factum est ex sq. eum-. Postremum non recte

se habet excivit: ut praecedunt abierant et concesserat, sic hoc loco utramque membrum idem tempus habere debet; in cod. est exciuitat, unde, ut Madv. in Emm. coniecit, faciendum est exciverat; cfr. ann. ad § 10.

35, 1 nulla causa fuit cur Madv. coniceret Romae. Est enim: Abducti sunt ex Macedonia Romam, ut ibi custodirentur, non: quum Romam pervenissent, ibi in custodiam abducti. Cfr. 28, 11 et 42, 4 ut — Persea — Albam in custodiam duceret, cett.

35, 4. Tres ii omnes rectene dicatur, dubitat Madv. Cur? Omnes, ut solus, unus, primus, multi, pauci, al., maiore quadam vi ad verbum decretus retractum est, tribus (non uni duobusve solis) item in principio positum.

35, 8 comma post inimicus ponendum.

37, 1 ego: dixissent ** Quantus. Sine dubio plura exciderunt.

37, 4 ego scripsi privatum [eum] cum. Aut excidit cum post eum aut (quoniam eum facile auditur) ex cum, ut alibi, factum est eum; privatum recte positum ante cum, nam privatum contrarium habet triumphantem, quod latet in triumphum impedire et in triumphatum. — Ibd. scr. ex Kreyss. coni. magistratum, pro quo librarius aberrando ad serius scripsit magistratus. Semel («quum primum») non plures magistratus, sed unum Galba capere potuit.

37, 9 ego ex cod.: vigiliae † si. Si potest quidem ortum esse ex -sti; sed videndum, ne Livius scripserit vigiliae etiam acerbius —; adduntur vigiliae (nocturnae) ad stationes (diurnas); cfr. XLIV, 33, 8—10. Librarius, omisso e post *ae* et *ā* ante *a*, ex *ti* fecit *si*.

37, 10 pro posset scr. possit.

38, 10 notanda haec forma enuntiati hypothetici: Si — ageretur, qui — habet? i. e. Si — ageretur, interrogari poterat: qui — habet? Simili brevitate Cicero scripsit Verr. III, 149, in Cat. I, 29, pro Sulla 83, Finn. V, 87, N. D. I, 93.

38, 11 ego sponte idem conieceram, quod Kreyss.; aberratum prius a nec ad sed, deinde ab -ius ad -ius. Librarius simplicissimus non de suo addidisset et Macedonibus.

38, 12 quoque ego sponte, ut Madv., ante quisque addidi suis; cfr., quae sequuntur, suas — laudes, suis manibus.

39, 2 ego in textu scribo: † currum i censuri, incertus, utram Madvigii coniecturam sequar: curru descenduri (sed addendum *e* aut *de* ante curru, quoniam descendere sine praepositione sic positum poetarum tantum est; quod ex Sallustii Hist. frgm. laudatur: equo desc., non curo; cfr. Suet. Tib. 20 e curru descend.) an alteram: currum ei concessuri; quamquam hanc illi multo antepono; nam et currum ei concessuri magis respondet sequenti insignia ipsi sua tradituri et in priore coni. tradituri dativum nullum habet, quo expleatur (nam ipsi nominat. est) et facillima emendatio est *e* ante *i* et con (cō) ante *ce* addere et cessuri pro censuri scribere (cfr. ann. ad XLII, 43, 5).

39, 4. Quid deinde tam opimae praedae, tam opulentaе victoriae spoliis fiet? Latini, opinor, non dicunt passive quid huic rei fiet?, sed hac re. Aliud est dici quid mihi fiet? de hominibus; neque mihi videtur Cicero, quia semel active dixit Quid faceret huic conclusioni? (Acad. II, 96), ideo etiam Quid praedae fiet? dicere potuisse; huic conclusioni enim idem est quod sic concludenti; cogitabat Cicero de homine concludenti. Videndum igitur, ne cum Gron. scribendum sit opima praeda (-ae -ae aberrando ad opulentaе victoriae pro -a -a scriptum).

39, 9 de sumus recte a Madvigio post negaturi addito cfr. § 13 Quid? illas — turbaturi estis?

39, 15 videndum ne sic scribendum sit: quibus — donatus esses decretis, potius, quam —. E decrevit facilius decretis fit quam decreta.

40, 1 scribendumne cum Gynaeco translati HS millies? Cfr. 43, 8, ubi cod. hsec, i. e. HS ducenties, item accusativo casu.

40, 4 ego ex Madv. coni. in lacunula non solum post, sed etiam incessit addo. Tam multa (§ 1—3) intercedunt inter initium pompae triumphalis describendae et hanc continuationem, ut incedendi verbum audiri non possit.

42, 5 scr. erant, *Romae* in carcerem. Dixerat Livius, quo Perseus cum filio, quo Bithys cum obsidibus in custodiam Roma ducti essent; ceteri captivi ubi in carcerem essent conditi (custodiendi), item dixerit, necesse est. Rem conficit, quod infra 43, 9 de Gentio scriptum est: Rex Gentius cum fratre Spoletium in custodiam — ductus, ceteri captivi Romae in carcerem coniecti.

42, 7 sic interp.: statuissent, patres redimi —.

42, 12 ego: in campum Martium subductae sunt; v. ann. ad XLII, 27, 1.

43, 5 probo Gron. coni. argenti ∞ et VIII pondo; cfr. XXXVII, 46, 3 argenti infecti tria millia pondo, alia.

43, 8 ego scribo miles, † multoque; nam aliud aliquid atque multisque latere credo: militumque? multoque pluribus? multoque magis? — Ibidem comma post potuerit omittendum, aut sic interp.: quod, quia, unde redigi potuerit, non apparebat —.

44, 1 comma post anno omittendum; nam eo anno artius cohaeret cum agro populato quam cum redierunt.

44, 6 Livius sine dubio scripsit: Cum praetor senatum ei, si vellet, eo die daturum dixisset, biduum petiit, quo — viseret. Cfr. 24, 3 et 44, 12 et XLII, 32, 3, ubi contrario mendo pro velit scriptum est vellet, ann. ad II, 37, 4.

44, 10 scr. ex certa Madv. coni.: Si is ager populi Romani factus esset, quum Antiochi fuisset, nec —. Aberratum est a fa ad fu. Vid. § 11: Si — appareret.

44, 14 vasorum argenteorum gen. defin. est, pondo quinquaginta item genitivus, ad vasorum appositus, cfr. XXXIX, 5, 14 et 7, 1, XLIV, 14, 2.

44, 15 ex ea («en ligesaa stor») summa, i. e. ex C pondo argenti; cfr. 14, 6.

44, 19 sic interp.: Polybius — tradit: pileatum — ferre; «ideo — gerere» (haec verba pendent ex ferre i. e. dicere); Romae — contigisse et — appellasse aliamque — habuisse.

Fragmenta.

Fr. 11 vel bibant apparet esse saltem bibant, eo usu particulae vel, de quo post me in Emend. Epist. Cic. p. 96 Madv. exposuit ad Cic. Finn. IV, 43 ed. sec. Exemplis ab eo allatis addi possunt Cic. de Orat. II, 119 ingenii vel mediocris, post red. in sen. 9 (et Gell. XV, 9) vel unus, Liv. XXVII, 11, 11 vel Hannibale iudice, Ov. Met. IV, 75 aut, si hoc nimium, vel ad oscula danda pateres, vetus dictum ab Ps.-Ascon. p. 145 v. 20 ed. Bait. servatum: Vel idoneam mercedem pacisci debuistis.

Fr. 20 p. 4 v. 6 ab imo post parabantur colon ponendum; sed in iis, quae proxime sequuntur, neminem, quod sciam,

offensum esse vehementer miror. Deesse utrobique idem significare necesse esse mihi quidem videtur: «fattes», non altero loco «fattes», altero «svigte» («ei heller svigtede Haandværkeren hver sit Arbeide», quod et ipsum pravum est; debebat certe esse: nec suo quisquam operi artifex deerat). Scribendum est nec suus quoique operi artifex deerat («hvert Arbeide havde sin Haandværker, ligesom hver Haandværker sit Materiale»). Sic simul omnis generis instrumenta belli parari potuerunt. Pro quoique lecto quisque librarius de suo pro suus (an antique suos?) dedit suo. — Ibid. v. 4 ab imo fortasse Convocatis legationibus dativo casu positum est, ut post civitatum comma omittendum sit. — Ibid. p. 5 v. 14 sqq. sic interp.: post esset colon ponendum, post Pompeium semicolon, post fore item semicolon. — Ibid. v. 9 ab imo et ab ipsorum idem est, quod et a quorum ipsorum; cfr. Madv. G. L. § 323.

Fr. 31 notandum apud Orosium substantivum conditionis (sic enim scribi oportuit, non condicionis), i. e. urbis conditae.

Fr. 49 v. 21 Livius sine dubio scripsit de praeterito tempore: Vixit —, ut, si vis afuisset, ne — videri posset = recta oratione: Si vis afuisset —, poterat vel potius potuit; cfr. infra: quae — videri potuit. Referendo ad suam aetatem Livius de praeterito tempore dicere potuit potuerit (ut infra opus fuerit); ne de sua quidem aetate Livius recta oratione dicere potuit si — afuisset, — potest; dixisset poterat. — V. 23 Livius sine dubio scripsit: Ingenium — felix, ipse fortunae diu prosperae; sed in longo tempore felicitatis — omnium adversorum —. In vulgata interpunctione et scriptura offendit inepta per et copulatio duorum membrorum sententia inter se contrariorum: fortunae diu prosperae et magnis ictus vulneribus.

Fr. 53 scr. sine dubio mos est.

Addenda et Corrigenda.

In ann. ad I, 19, 6 v. 7 excidit 180 ante dies intercalares.

In ann. ad I, 25, 13 v. 5 scr. XXXIX, 38, 11.

In ann. ad I, 34, 4 v. 2 scr. XXI, 7, 8.

II, 35, 8 scr. plebem vi sua impelli posse, ut Sabellicus coniecit, nisi quod is pravo verborum ordine scripsit sua vi. Potuit facillime *ui* post *m* excidere, *m* ante *in* addi.

Quid enim est plebem suam? Plebem Veientem, non Romanam? sic suam totum abundaret. An plebem sibi obnoxiam atque subiectam? hoc maius mihi videtur quam pro ea, quam habebant, auctoritate.

II, 57, 3 quisque verum videtur; cfr. etiam 30, 11, IV, 43, 11.

III, 22, 6, si et (= etiam) non abundat, qui tandem fuerunt praeter socios, quibus pariter cum Romanis ipsis res incipienda esset? Nulli. Sin pariter et (= etiam), sicut haud raro simul et, per pleonasmum idem est, quod pariter, equidem non memini, ubi ad pariter sic additum sit etiam (et), nec tamen facile audiri potest atque (et) Romani (cives). Quid ergo? Excidit cives inter pariter et et; v. supra sociorum civiumque.

De III, 52, 9 v. ad XL, 20, 6.

De IV, 32, 8 et V, 37, 7 v. ann. ad XXXII, 30, 5.

IV, 33, 2. Cum V, 6, 2 et XL, 36, 13 cfr. XXVI, 3, 10 et XXX, 15, 14 (qui duo loci mutationem ne recipiunt quidem), XXVI, 47, 2, XXVIII, 25, 9, XXIX, 32, 1 (v. praef. Madv.).

De V, 21, 15 cfr. tamen ann. ad XXXVIII, 38, 7.

VI, 11, 3 nunc suspicor inter exercitus et esse excidisse adiectivum aliquod (validum s. valentem s. potentem).

Locis ad VI, 24, 7 allatis add. XLV, 7, 2.

VI, 38, 5 scr. ferentium leges intercedentiumque; *m* ex *in* ortum. Livius semper, et quidem persaepe, leges de duabus illis legibus.

VI, 39, 8 fortasse excidit creando sive post omen sive post consuli.

VI, 39, 11 fortasse excidit suos post animos; cfr. XXXIV, 2, 4.

Ann. ad VIII, 9, 10 addatur: Sall. Iug. 75, 7 de post -te excidit.

De VIII, 32, 10 v. ann. ad XLIV, 44, 3.

De VIII, 33, 10 v. ann. ad XLV, 3, 5.

IX, 46, 9 assentior Siesbyeo, ante sede excidisse de.

De XXI, 17, 4 et XXXI, 6, 1 v. ad XXXVIII, 54, 3.

In ann. ad XXI, 25, 9 addantur hi loci: I, 30, 5, VIII, 25, 3, XXIII, 11, 5, XXIV, 45, 12, XXX, 15, 14 (hic Madvigius offensus est, quattuor reliquis locis non item).

Ann. ad XXII, 60, 7 add.: Cfr. tamen VI, 18, 11.

XXIII, 28, 9. De amni res incerta; v. IV, 32, 8 et 34, 6, XXVIII, 39, 14.

XXIV, 23, 4 scr. ad Achradinam; v. ad XXV, 24, 15.

Ann. ad XXVI, 34, 10 add.: Aliter quispiam ponitur Cic. Verr.
I, 56, Phil. I, 27.

Ann. ad XXVI, 39, 21 retractavi ad XXXIII, 3, 10.

Ann. ad XXIX, 13, 2 add.: Cfr. tamen XXXIX, 32, 6 et 8 et 54,
13, XL, 1, 1, XLIV, 18, 6 et 8.

De XXXI, 36, 6 et 40, 9 v. ad XLIV, 3, 1.

Ann. ad XXXII, 24, 1 add.: Similiter XLIII, 23, 3 scr. Anti-
goneensem.

De XXXIII, 4, 4 v. ad XXXVIII, 21, 2.

De XXXVI, 7, 19 v. ad XLIV, 30, 10.


XXXVII, 45, 7 pro quid scr. quod; cfr. ann. ad XXVII, 12, 3.

De XLII, 67, 9 v. ad XLIV, 14, 10.

Coniecturam I, 46, 6 factam Creverius praeceperat, XXIII, 49,
10—11 et XXXIV, 4, 12 l. H. Vossius.

Bøger indsendte til Redaktionen.

Pedagogisk tidskrift. Utg. af *H. F. Hult* och *E. G. F. Olbers.* 1872. 1—6 hft. 1873. 1—5 hft. Stockh. 8. — Tidskrift utg. af pedagogiska föreningen i Finland. 1872. 1—6 hft. 1873. 1—4 hft. Helsingfors. — Germania. Vierteljahrsschrift für deutsche Alterthumskunde. Herausgeg. v. *K. Bartsch.* 17ter (Neue Reihe, 6ter) Jahrg. 1872. 18ter (7ter) Jahrg. 1. 3 Hft. 1873. Wien. 8. — Zeitschrift für deutsche Philologie. Herausgeg. v. *E. Höpfner* u. *J. Zacher.* 4ter Band. 1872. 5ter Band, 1—3 Hft. 1873. Halle. 8. — Zeitschrift für vergleich. Sprachforschung. Herausgeg. v. *A. Kuhn.* XXI. 1—6 Hft. XXII. 1 Hft. 1872—73. Berlin. 8. — *Pio & Wimmer,* Dansk Læsebog for de lavere Klasser. 2den Udg. Kbhvn. 1872. 8. 326 S. — *Broberg,* Fransk Stiløvelse. Kbhvn. 1872. 8. 143 S. — *C. Iversen,* Kortfattet tydsk Grammatik til Skolebrug. 2det Oplag. Kbhvn. 1872. 8. 72 S. — *J. Listov,* Tydsk Elementarbog. 3die Oplag. Kbhvn. 1872. 8. 122 S. — *C. A. Nissen,* Tillæg til Listovs Tydsk Elementarbog. Kbhvn. 1873. 8. 45 S. — *C. H. F. Bokkenheuser,* Regnebog for Begyndere. 2det Oplag. Kbhvn. 1872. 8. 42 S. — Samme, Tillæg til Regnebog for Begyndere, indeholdende Opgaver med den nye Mønt. Sammesteds 1873. 8. 9 S. — *C. Abel,* Ueber den Begriff der Liebe in einigen alten und neuen Sprachen. Berlin 1872. 8. 63 S. — *D. F. Knudsen,* Engelsk Elementarbog. Kristiania 1872. 8. VI + 216 S. — Riddarasögur. Parcevals saga Valvers þátrr Ívents saga Mirmans saga. Zum ersten Mal herausgeg. u. mit einer literarhist. Einleitung versehen von Dr. *E. Kölling.* Strassburg 1872. 8. LV + 220 S. — Albertani Brixienensis liber consolationis et consilii, ex quo hausta est fabula de Melibeo et Prudentia. Ed. *Thor Sundby.* Havniæ 1873. 8. XXIV + 136 pp. — *E. Wilhelmus,* de infinitivi linguarum sanscritae haetriceae persicae graecae oscae umbricae latinae goticae forma et usu. Ise-naei 1873. 8. VIII + 96 pp. — Deutsche Dichter von Klopstock bis auf die neueste Zeit. Herausgeg. v. *J. Jürs* u. *G. F. J. Rung* 3te Ausg. durch *C. Jürs.* Kopenh. 1873. 8. LIV + 247 S. — Græsk Anthologi til Skolebrug af *P. Petersen.* Kbhvn. 1873. 8. 100 S. — *E. Kölling,* Untersuchungen über den ausfall des relativ-pronomens in den germanischen sprachen. Strassburg 1872. 8. 55 S. — Beretning om Skolevæsenets Tilstand i Kongeriget Norges Landdistrikt for Aaret 1867. Udg. af Departementet for Kirke- og Undervisningsvæsenet. Christiania. 1872. 4. 34 S. — Samme for Aaret 1868. Smst. 1872. 4. 33 S. — Samme for Aaret 1869. Smst. 1872. 4. 56 S. — Norske Universitets- og Skole-Annaler. Udg. af Universitetets Secretair. 3die Række. XI, 3die og 4de Hefte. S. 183—345 XII, 1ste Hefte. S. 1—56. Smst. 1872. 8. — Reglementer for de ved Lov af 3die Mai 1871 anordnede theoretiske Lærerexaminer ved Universitetet. 8. 8 S. — *P. A. Munch,* Nordens ældste Historie. Af et ufuldendt Arbeide. (Christiania 1872.) 8. 46 S. — Cantate ved det Kgl. Norske Frederiks Universitets Mindefest f. H. M. Kong Carl, den 19de Novb. 1872. 8. 4 S. — *G. Forchhammer,* Latinsk Læsebog for de første Begyndere. 4de forøg. Opl. Kbhvn. 1873. 42 S.



655892

Nordisk Tidsskrift for Filologi.
aarg. 9:10(1870-74)

P
La
N

DATE

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

